DE THEODORETO EPISTOLARUM PAULINARUM INTERPRETE

COMMENTATIO

HISTORICO-EXEGETICA.

SCRIPSIT

Christlieb

IO. FRIED. CHRISTOPHIL. RICHTER.

THURING. SOCIET. EXEGET. LIPS. SODALIS.

LIPSIAE

APUD CAROL. HENRIC. RECLAM.

MDCCCXXII.

1872, Feb. 29.
Minot Fund.
$0.20 gold.

VIRO

PLURIMUM REVERENDO, CLARISSIMO,

DOCTISSIMO

M. GOTTL. ADOLPH. VOECLER

ECCLESIAE CLOEDENSIS PASTORI

VICINARUMQUE PRAESIDI

FAUTORI PIE COLENDO

AUSPICIA

MUNERIS NUPER SUSCEPTI

GRATULATUR

AUCTOR.

VIR

MAXIME REVERENDE, CLARISSIME,

DOCTISSIME!

Quum nuper summa rei ecclesiasticae cura apud *Cloedenses* honorifica satis ratione *Tibi* mandata esset, vehementer laetatus sum, me ad eorum numerum, qui grato laetoque animo munus illud *Tibi* gratulantur, accedere posse. Hac autem pium gratumque animum significandi occasione laeta pariter atque honorifica equidem eo lubentius utor, quo plura eaque insigniora inde a prima pueritia mea benevolentiae *Tuae* documenta mihi dedisti. *Tuis* enim consiliis effectum est, ut ad hoc litterarum genus aggrederer; *Tibi Tuaeque* institutioni ipsa horum studiorum fundamenta debentur. Accipe igitur, quas *Tibi* ipse parasti, studiorum meorum primitias, quas non gloriolae captatione sed vero erga *Te* pietatis sensu ductus *Tibi* offero.

Quod reliquum est, etiam atque etiam *Te* rogo, ut, qua semper erga me usus es benevolentia, eam in posterum quoque mihi servare velis. Deus vero Optimus Maximus *Tuas Tuorum*que res semper laetas faustasque esse iubeat, *Tibi*que sanitatem, summum vitae bonum, largiatur, ut diu, quod ingressus es, muneri praeesse, remque christianam ea, qua soles, religione promovere possis. Sic vale rebusque meis prospicere perge.

Scribebam Lipsiae
d. X. m. August MDCCCXXII.

RICHTER.

Instituti ratio.

Ex interpretationis N. T. historia apparet, omnes, quotquot inde a seculo sexto usque ad illud tempus, quo literae in vitam quasi revocatae sunt, scripserunt, litterarum sacrarum interpretationem aut prorsus neglexisse, aut, quae in hoc genere praestiterunt, e scriptis interpretum saeculi quarti et quinti compilasse. Scriptores contra, qui post sacrorum reformationem in libris sacris interpretandis versati sunt, priorum saeculorum interpretum scriptis, etiamsi ea non prorsus neglexerunt, tamen non ea, qua par est, solertia usi sunt. Quae huius rei causae fuerint, hoc loco dicere non licet. Attamen vero etiam recentissimis ipsis temporibus, quibus scripturae sacrae interpretatio tanta cepit incrementa, primorum saeculorum scripta prorsus fere neglecta sunt, et pauci tantum nostrorum interpretum grato animo, quae veteris ecclesiae, graecae inprimis doctores de S. S. interpretatione meriti sunt, agnoscentes, eorum scriptorum plus minusve rationem habuerunt, et, quae vere et recte in iis dicta essent, receperunt. Negari quidem non potest, tum hoc interpretandi rationem,

qualis tum erat, aliam fuisse, quam qua nunc S. S. interpretari solent; tum illud: in commentariis veteris ecclesiae doctorum haud pauca contineri, quae omni careant utilitate. At enim vero fatendum est, primum, scripta illa utpote christianae antiquitatis monumenta, digna esse, quae ab omni, qui litterarum sacrarum interpretationi operam det, legantur et accuratius cognoscantur; deinde, uti multa quae nullum fructum habent, ita longe plurima in iis reperiri, quae ad hunc usque diem valeant; denique haud pauca esse, quae, sive ad leges, quas interpretes illi sibi scripserunt, sive ad orationem, qua usi sunt, respexeris, magna laude sese commendent.

In iis autem veteris ecclesiae scriptoribus, qui libris sacris interpretandis operam dederunt, *Theodoretus* eminet. Commentarii eius, illi inprimis, quos ad epistolas Paulinas confecit, ita sunt comparati, ut in omnibus, quae hoc in genere supersunt, scriptis primum facile obtineant locum. Illa enim, quae saeculo tertio ad libros sacros explicandos scripta sunt, quae *Origenes* inprimis praesitit, tum temporum iniuria interierunt, tum propter mysticam et allegoricam interpretandi rationem, qua usus est, non habent, quo sese commendent. *Theodori Mopsvesteni* scripta non supersunt. *Iohannes Chrysostomus*, ut in omnibus theologiae, qualis tum erat, partibus, inprimis eloquentia sacra, ita quoque in explicandis libris

sacris, vir sane praeclarus *), relicta mystica et allegorica interpretatione, secutus est quidem in explicando leges, quae ex historico-grammatico genere erant. At enim vero, quum eloquentiam sacram cum litterarum sacrarum interpretatione arctissime coniungeret, librosque sacros eo tantum explicaret consilio, ut ex iis sumeret, quae ad Christianorum animos vel consolandos vel emendandos facerent, non poterat non omnia omittere, quae huc non pertinere viderentur. Unde factum est, ut minus in demonstranda singulorum vocabulorum vi ac potestate, quam in illustrandis exornandisque sententiis versaretur, et quae de singulis vocabulis dixit, quaeque scire litterarum sacrarum interpretis interest, disperse tantum legantur, nec sine quadam difficultate investiganda sint. — *Theodoretus* vero, ab omni, quae prioribus saeculis valuerat, allegorica et mystica interpretatione longe alienus, in iis, quos ad epistolas Paulinas conscripsit, commentariis, hoc sibi propositum habuit, ut, singulis vocabulis, ratione habita eorum originis, linguae graecae naturae et loquendi consuetudinis, quae Paulo solemnis est, explicatis, sententias illustraret historia duce atque scripto-

*) *Schröckh*: christl. Kirch. Gesch. Bd. X. p. 475 ff. — *Meyer*: commentatio de Chrysostomo litterarum sacrarum interprete, Part. I. et II. quae Vet. Test. interpretationem complectitur.

rum sacrorum consilio. Ab eo, qui illis temporibus invaluerat, eloquentiam sacram cum S. S. interpretatione coniungendi more prorsus abstinet, ne in exhortationes quidem, quas dicere solent *morales*, saepius excurrit, sed unice interpretem egit.

Ex his paucis facile colligi potest, quantae sint Theodoreti in S. S. interpretatione laudes. Ne quid tamen temere a nobis dictum videatur, accuratius in hanc rem inquirendum et qualis sit Theod. interpretandi ratio, paulo copiosius dicendum est. Iam quidem plures, *Ernestius* *), *Morus* **), *Schröckhius* ***), *Rosenmüllerus* †) de Theodoreto scripserunt, et inprimis, qui postremo loco appellatus est, pluribus etiam locis ex ipsis eius commentariis excerptis, qua ratione libros sacros interpretatus sit, demonstrare studuit. At enim vero, quum illa in universum magis disputata, alia praetermissa, alia minus recte posita, neque, quae sunt Theodoreto propria, ad sua genera revocata esse viderentur, non temere nec sine aliqua utilitate me acturum esse putavi, si his Theodoreti commentariis accuratius cognoscen-

---

*) *Ernesti:* interpres N. T. pag. 289. edit. 4.

**) *Morus:* super hermen. N.T. acroases, II. p. 243 sqq.

***) *Schröckh:* christl. Kirchen-Gesch. Bd. XVIII. p. 398 sqq.

†) *Rosenmüller:* Historia interpret. libr. sacr. in ecclesia christ. graeca P. IV. p. 93 sqq.

dis, diiudicandisque, omnem quam possem operam impenderem, et, qua in re cernatur libros sacros interpretandi ratio et ars, quam ille secutus sit, uberius exponerem. Ut autem haberemus, quo nostra disputatio procederet, ordinem hunc statuere placuit. *Primum* quum de vita Theodoreti satis copiose scripsisse intellexissem *Schröckhium* in Histor. eccles. l. all., eorum tantum mentionem faciendam esse existimavi, quae, cum ad omnem eius doctrinam, tum ad eius librorum sacrorum interpretationem vim habuisse viderentur. *Deinde* de legibus dicere placuit, quas in commentariis suis instituendis formandisque sibi scripsisse reperitur. *Tertium* hoc fuit, ut, quae sit eius interpretatio ipsa, quomodo in singulorum vocabulorum potestate exponenda, integrorumque commatum sensu illustrando versatus sit, singulis locis, e commentariis repetitis, docerem. *Quarto loco* nonnulla dicenda esse putavi de ratione, qua loca dogmatica exponere et, quae in iis continentur, decreta divina confirmare, adversariosque refutare studuerit. *Denique* ad hanc disputationem pertinere visum est, ut, quomodo in appellandis vet. et nov. Test. locis versatus et in re critica adhibendus sit, paucis declararem.

Quod reliquum est, lectores doctissimos etiam atque etiam rogatos velim, ut de his studiis meis, qualiacunque sint, iuste et bene-

vole existimare velint. Nova quidem in hoc libello non admodum multa reperient; attamen, quae in eo continentur, non omni ad historiam interpretationis N. T. vi et utilitate caritura esse spero. Mihimet ipsi quidem satisfecisse videor, si, ut studium commentariorum Theodoreti excitetur indeque interpretatio N. T. sana, qua omnis nititur vera theologia christiana, utilitatem cupiat, aliqua certe ratione me effecisse intellexero.

§. 1.

De vita Theodoreti iisque, quae ad interpretationem eius vim habuisse videntur.

Theodoretus, anno trecentesimo octogesimo sexto, aut, ut alii existimant, trecentesimo nonagesimo tertio Antiochiae natus, inde a prima pueritia tum a parentibus, qui miraculoso monachorum auxilio sese gavisos esse putaverant, tum ab hominibus, vitae solitariae piisque studiis, qualia tum erant, deditis, in omnibus, quae ad monasticae vitae rationem pertinebant, diligenter institutus et plurimis temporum illorum falsis iisque superstitione plenis opinionibus imbutus est. Cui vivendi rationi ut totum se daret, curabant parentes, ut in St. Euprepii coenobium prope ad Antiochiam situm sese conferret. Prospere tamen evenit, ut, quae ipsi inerant, praeclarae

animi ingeniique dotes bene excolerentur. Scilicet usus est Diodoro Tarsensi et Theodoro Mopsvesteno magistris; utrum a Chrysostomo ipso an scriptis eius institutus sit, de eo dubitatur *). Anno quadringentesimo vicesimo aut, quod aliis rectius videtur, vicesimo tertio ad episcopi dignitatem Cyri in Syria evectus est, qua quidem vitae conditione ita usus est, ut omnem quam posset aliis instituendis operam daret, vitae sanctitati diligenter studeret nec quidquam antiquius haberet, quam ut eos, qui haereticis faverent opinionibus, melius edoceret et ad fidem, a catholica ecclesia probatam, reduceret. Attamen vero, qua prioribus vitae annis usus erat, vivendi rationem retinuit. Phantasiae impetu saepius ita abreptus est, ut malos daemones sese conspexisse atque cum iis pugnasse crederet **).

Iam videndum est, quamnam haec, quae de vita Theodoreti dicta sunt, ad eius interpretandi rationem vim habuisse videantur. Et primum quidem institutio, qua usus est, Diodori Tarsensis et Theodori Mopsvesteni non poterat non magnae ei esse utilitati. Hi enim primi fuisse narrantur, qui libros sacros allegorice interpretandi rationem, omnibus fere

*) cf. *Schulze:* dissert. de vita et scriptis Theodoreti, p. 8. opp. T. I.

**) Plura eiusmodi ab ipso narrata reperies in: Historia relig.

illius temporibus communem, deserentes, aliam sibi in explicando legem scriberent, et sensum singulorum vocabulorum, quam *unum* tantum singulis quibusque locis esse posse contenderunt, eruentes, usum loquendi communem et historiam consulerent. Hanc igitur interpretandi rationem suam fecit quoque Theodoretus, quod non facturum eum fuisse existimo, nisi ipsi tam felici esse contigisset, ut illorum virorum institutione frueretur. An Chrysostomum magistrum habuerit, non constat; illius autem scriptis eum usum fuisse, dubitari non potest. Sed qua ratione, de eo pauca hoc loco dicenda videntur. Scilicet fuerunt, qui dicerent*), Theodoretum e Chrysostomi scriptis omnia compilasse, nec quidquam in iis reperiri, quod ab illo non iam dictum sit. Iam quidem concedendum est, plurimis in locis Theodoretum cum Chrysostomo eandem protulisse sententiam**). Ex eo tamen, si quid video, colligere non licet, illum ab hoc ita pependisse, ut eum transcriberet. Primum enim non admodum multa reperi loca, in quibus ad verba cum Chrysostomo consentiret; deinde vero ne reprehendendus quidem videtur, quod eandem cum

---

*) *Morus:* acroases super hermen. N. T. loc. allat.

**) *Rosenmüllerus* in libro supra allato nonnulla adiecit Chrysostomi loca, ut ostenderet, quomodo uterque interpres de uno eodemque loco senserit.

Chrysostomo professus est sententiam, propterea, quoniam ipse, ubi Chrysostomum vera dixisse intellexisset, eadem non potuit non repetere. Nostri ipsi interpretes in commentariis sententias centies transscriptas iterum proferunt suasque faciunt, neque tamen eas compilasse censendi sunt, dummodo habeant, quibus illae nitantur, argumenta. Denique vero multa de suis addidit, et, ubi aliorum interpretationem amplexus sit, aperte profitetur *).

Quantae vero illorum virorum institutio utilitati fuit Theodoreto, tantum interpretationi eius prior vitae ratio nocuit. Quum enim temporum suorum opinionibus teneretur, factum est, ut de rebus tum dogmaticis, tum iis, quae ad morum doctrinam pertinebant, interdum minus recte iudicaret. Morum praecepta, quae ad vitam monasticam spectabant, in apostolicis quoque scriptis passim reperisse sibi visus est. A rebus terrestribus abstinendum atque voluntariam paupertatem suscipiendam esse, Paulum iussisse, certe probasse existimavit. Quid sibi hoc velit, ut luculentius appareat, loca nonnulla adiiciam.

2 Cor. 8, 12 sqq. Quum Paulus hoc loco Corinthios ad liberalitatem erga pauperes ex-

*) Haec docent singula loca et ea, quae ipse fatetur in Praefat. ad epist. Paul. p. 3. ex edit. Noesselti. „Καὶ τὰς ἀφορμὰς inquit ἐκ τῶν μακαρίων συλλέξω πατέρων.“

hortatus esset, ad exemplum Macedonum provocans, qui liberalissimos sese praestiterant in conferendis ad sublevandam pauperum inopiam pecuniis, Theodoretus, qui e vitae monasticae institutione in contemnendis bonis terrestribus et sustinenda voluntaria paupertate summam Christianorum virtutem et unice veram vitae aeternae felicitatem consequendi rationem cognoverat, hoc in loco praecepta inesse dicit *παντελεος των χρηματων ὑπεροψιας και της αὐθαιρετου πενίας.* Hanc autem *ὑπεροψιαν*, in qua summa hominis christiani perfectio (*τελειοτης*) cernatur, ipsum christum postulasse Luc. 10, 25. 1 Cor. 7, 28. In antecedd. locutus erat P. de eo, quod propter illam, in qua viverent rerum conditione, non conduceret Christianis, coniugium inire. Neque tamen peccasse dicit h. l. iuvenem aut virginem, si matrimonio sese iunxissent. *Theod.* cum, qui semel vitae solitariae se dederit, a matrimonio abstinere debere ratus, Paulum h. l. locutum esse putat non de iis, qui, mundo relicto, vitae monasticae sese dedissent, sed de iis tantummodo, qui nondum certam aliquam vitae rationem sibi elegissent. Scilicet addit: *εἰδεναι μεντοι χρη, ὡς οὐ περι των ἁπαξ ἀποταξαμενων τῳ βιῳ εἰρηκεν. „ἐαν γημῃς, οὐχ ἡμαρτες καὶ ἐαν γημῃ ἡ παρθενος, οὐχ ἡμαρτεν“ ἀλλα περι των μηδεπω μητε τουτο μητε ἐκεινο προελομενων, ἀλλα ἐν μεθοριῳ γαμου και ἀγαμιας ἑστωτων.* 1 Cor. 7, 35. 36. Paulum de iis dixisse putat, qui nondum *την*

παρθενιαν elegerint. — Eadem quoque ratione iudicat de vescendis carnibus ad 1 Cor. 8, 13.

His, quae in interpretationem Theodoreti vim habuisse diximus, accedunt dogmaticae opiniones, quibus obstrictus, iudicandi libertate privatus est. De his vero infra paullo accuratius dicetur.

§. 2.

De legibus, quas in instituendis commentariis sibi scripsit Theod.

Nunc de legibus dicendum est, quas in instituendis formandisque commentariis Theodoretus tenuisse reperitur. Et primum quidem illis, de quibus hic agitur, commentariis, praemittit nonnulla, quae ad epistolarum Paulinarum origenem, ordinem, loca et tempus, quo deinceps conscriptae sunt, spectant. Pauca quidem sunt, nec, de quibus agitur, res ad liquidum perducunt. Minime tamen sunt contemnenda. Etenim, quamvis plura in his inveniantur, quae minus recte disputata sint, nihil tamen reperitur, quod temere dictum sit. Quae de origine epistolarum, de ordine et loco, quo scriptae sint, dixit, nituntur argumentis tum ex ipsis Pauli epistolis tum ex actuum apostolicorum historia petitis. Scilicet dicit: epistolas Paulinas non eo, quo in libris legantur, ordine esse conscriptas την δε ταξιν, ἡν ἐν τοις βιβλιοις ἐχουσιν, οὐκ αὐτον ἡγουμαι πεποικεναι.

ἀλλ' ὥσπερ ὁ Δαβὶδ τοὺς ἱεροὺς ψαλμοὺς συνέγραψε μὲν, συνήρμοσαν δὲ ταύτους ἀλλήλοις ἄλλοι τινὲς, ὡς ἠβουλήθησαν, ὕστερον· οὕτω καὶ τὰς ἀποστολικὰς ταύτας ἐπιστολὰς συγκειμένας ἐστὶν εὑρεῖν. Epistolam ad Rom., quae in libris primo loco posita sit, temporis ratione habita ultimam esse dicit earum, quas ex Asia, Macedonia et Achaia miserit Paulus. Causam vero, cur primum in epistolis Paulinis obtineat locum, inesse dicit Theodoretus in ipso epistolae argumento. Contineri enim in ea omnis generis doctrinam et accuratam decretorum chr. expositionem. Alios quidem causam quaesivisse in urbis celebritate, utpote quae propter imperium, quod exerceret, in magno habita esset honore. Prius tamen sibi ipsi rectius videri (Praef. p. 8.) *Primam* Pauli epistolam dicit esse ad Thessalonic. priorem, Athenis scriptam; propterea, quod 1 Thess. 3, 1 seq. dixerit P., se solum *Athenis* remansisse. In eo tamen errasse Theodoretum, apparet ex v. 5. ubi dicit Paulus: ἄρτι ἐλθόντος Τιμοθέου, quod factum esse narrat Luc. Act. 18, 5. illo tempore, quo Paulus Corinthi iam advenerat. *Secundam* esse censet ad Thessal. posteriorem Corinthi scriptam. Hanc excipere ad Cor. priorem, quam Ephesi Paulum scripsisse existimat; huc enim eum venisse, postquam Macedonibus, Atheniensibus et Corinthiis tradidisset doctrinam chr., teste historia Act. apost. Post hanc non magno temporis intervallo scriptam esse putat ad Cor.

posteriorem in Macedonia, ubi aliquantum temporis versatus sit Paulus. Post hanc sequi priorem ad Tim. eamque scriptam esse dicit in Macedonia (1 Timoth. 1, 3.) postquam ex Epheso *iterum* huc venisset. Etenim epistolam non scriptam esse posse illo tempore, quo primum venisset Paulus in Macedoniam, apparere dicit tum ex eo, quod illo tempore Ephesi nondum fuisset, Act. 16, 6. tum, quod Timotheus ipse simul cum Paulo adfuisset in Macedonia. Nunc sequi existimat epistolam ad *Titum*, in Macedonia scriptam, quod apparere dicit ex eo, quod P., se Nicopoli, urbe Macedoniae propinqua per hiemen versaturum esse, in hac ipsa epistola declaraverit. Post has autem omnes Paulum scripsisse dicit epist. ad Rom. Hoc apparere ex Rom. 15, 26. ibi enim dicere P. se Hierosolyma esse profecturum cum donis ad pauperes ibi versantes sustentandos; eum tamen, quum vix ibi advenisset, accusatum et captum esse. Locum autem, quo haec epist. scripta sit, Corinthum appellat. Sic recte se statuisse, apparere dicit ex epist. fine; et *primum* quidem Rom. 16, 1. commendari Phoeben, ecclesiae ministram, quae Cenchreis fuerit. *Cenchreas* autem esse *χωριον Κορινθιων*. *deinde* vero v. 23. Paulum mentionem fecisse Caii, eiusque hospitio se uti dixisse. *ἀσπαζεται ὑμας Γαιος ὁ ξενος μου.* Iam vero Gaium illum Corinthium fuisse, intelligi ex 1 Cor. 1, 14. Hoc enim loco dicere

eorum, qui propter eloquentiam nimium de se gloriatus erat, rem habuerat cum noverca. Ii vero, qui ab eius partibus stabant, hoc facinus minus curantes, solam dicendi facultatem, quae in eo erat, laudibus prosequebantur. Hanc ipsam, inquit, ob causam Paulus in epistolae principio reprehendit illam, quam tanti fecerant, sapientiam, et ostendit, institutionem, quam ipse adhibeat, quamvis sit ab illa sapientia aliena, tamen maiorem habere vim atque praestantiam. Deinde vituperat eos, quod lites suas ad iudices a religione christiana abhorrente adeferant, ἐπιμεμφεται δε και τοις ἀμφισβητουσι μεν προς ἀλληλους περι πραγματων ἑτερων, βιωτικοις δε ἀρχουσι δικασταις κεχρημενοις; hortatur eos, ne ad falsorum numinum cultum accedant nec carnibus victimarum residuis vescantur; praecipit nonnulla, quae ad coniugium vel fugiendum vel admittendum spectant; loquitur de spiritus sancti donis, ut quid sit eorum discrimen ostendat et Christianos, ne τῳ χαρισματι των γλωττων potius gloriae captationis, quam utilitatis causa utantur των γλωττων μη κατα φιλοτιμιαν, ἀλλα κατα χρειαν κεχρησθαι. — Iam quum nonnulli de resurrectione mortuorum dubitasse videantur, refutat eos doctrinamque de resurrectione mortuorum confirmat. Denique his adnectit nonnulla alia, quae ad Christianorum conditionem, qualis tum erat, pertinent.

Quae de argumento epistolae ad Ephes. dixit, digna sunt, quae legantur. Scilicet, in iis, qui hanc epistolam interpretati essent, fuisse dicit, qui putarent, Johannem evangelistam aut alium quemdam, neque vero Paulum doctrinam chr. primum tradidisse Ephesiis. In Actis quidem neque hoc neque illud aperte dici; colligi tamen posse ex iis, quae de itineribus Pauli in Actis narrata sint, Paulum primum fuisse, qui Ephesiis doctrinam de Christo traderet. Quum enim, inquit, Antiochiae de lege quaestio fuisset (Act. 15, 1.), Paulus et Barnabas Hierosolyma missi sunt, ut apostolos ibi versantes (Petrum, Iacobum et Iohannem) hac de re consulerent. Quod quum factum esset, redierunt Antiochiam (Act. 15, 36). Hoc igitur tempore Iohannes Iudaeam nondum reliquerat. Post hunc ab Hierosolymis reditum, orta Paulum inter et Barnabam de Marco lite, ille, Sila itineris socio assumto, Syriam et Ciliciam transiit et Lycaoniam venit. Hinc, Timotheo circumciso, in Phrygiam et Galatiam profectus est, Mysia et Bithynia peragrata a Troade in Macedoniam iter fecit, Macedonia relicta Athenis et Corinthi docuit et Ephesum abiit. Hic autem, id quod ex Act. 18, 19—21. apparet, in *Synagoga Iudaeis* tradidit doctrinam chr.: εἰσελθων εἰς την συναγωγην διηλεχθη τοις Ιουδαιοις. Ex his igitur patere dicit, coetum christianum illo tempore Ephesi nondum adfuisse, quum, si adfuisset,

apostolum non ad Iudaeos sese conversurum fuisse probabile sit. Addit denique aliud argumentum ex historia petitum, cui adnectit brevem argumenti epistolae narrationem.

Epistolam ad Hebraeos Paulinam esse contra Arianos defendit. Dicit autem, quod Ariani hanc epist. reiecissent, id nos non mirari debere. Qui enim contra ipsum deum et Christum locuti essent, facile apostolicorum quoque scriptorum auctoritatem minuere ausos esse. Argumenta vero, quibus Theodoretus hanc epistolam Paulo vindicat, e duplici genere sunt. *Primum* dicit, a primis inde temporibus eam Pauli habitam fuisse, teste Eusebio, qui ipse pro Paulina eam habuerit, omnesque veteres in eadem sententia fuisse affirmaverit. *Εὐσεβιῳ γουν ἐχρην πεισθηναι τῳ Παλαιστινῳ. οὑτος γαρ του θειοτατου Παυλου τηνδε την ἐπιστολην ὡμολογησεν εἰναι και τους παλαιους παντας ταυτην περι αὐτης ἐσχηκεναι την δοξαν.* — Deinde vero magnam huius cum reliquis Pauli epistolis esse similitudinem, sive decretorum christianorum sive aliarum sententiarum rationem habueris, *πασαν ἐκβαλλειν ἐτολμησαν την ἐπιστολην, καιτοι και των δογματων και των ἀλλων ἐνθυμηματων πολλην συγγενειαν προς τας ἀλλας ἐχοντων ἐπιστολας.* Argumentum autem, quo nitebatur Arianorum sententia, ex inscriptione epistolae repetitum, in qua nomen Pauli, quod in omnibus reliquis eius epistolis legatur, desit, eo refutat, ut dicat, Pau-

lum nomen suum adiicere omisisse, quod non gentilibus, quorum apostolus ipse destinatus fuerit, sed christianis, qui antea Iudaei fuissent, epistolam scripserit *προσχημα δε τη κατηγορια περιτιθεασι, το μη την αποστολικην προσηγοριαν ὁμοιως ἐγκεισθαι τῳ προοιμιῳ· ἐδει δε αὐτους συνιδειν, ὡς των ἐξ ἐθνων, ἀλλ οὐ των ἐξ Ιουδαιων πεπιστευκοτων αποστολος ἐκεχειροτονητο.*

His de argumento epistolarum expositis, ad ipsam interpretationem accedit. In ea autem hanc sibi constituit legem, ut primum totam epistolam in singulas divideret sectiones, quae, res in iis tractatas si spectaveris, *totum aliquod* efficiunt; deinde vero, oratione graeca quae est in N. T. posita, singulorum vocabulorum interpretationem adderet; aliorum interpretum de singulis locis sententiarum mentionem faceret easque iudicaret; de verborum interpunctionibus legendisque singulis vocabulis, quae ipsi necessaria viderentur, adiiceret et in locis dogmaticis adversarios refutaret. Quod reliquum est, Theod. usus est orationis graecae et castitate et grata simplicitate. Quale autem illud sit, quod de distinctionis signis legendisque vocabulis dixit, ut videant lectores, duo tantum exempla subiiciam.

1 Cor. 1, 13. *μεμερισται ὁ χριστος* — Theod. *τουτο τινες ἀποφαντικως ἀνεγνωσαν, Χριστον ἐνταυθα την ἐκκλησιαν ὠνομασθαι φησαντες, και*

ἑρμηνευσαντες οὑτως· ὁτι κακως ἐμεριζατε του Χριστου το σωμα. ἐγω δε αὐτο κατ᾽ ἐρωτησιν κεισθαι νομιζω· τουτο γαρ διδασκει τα ἐπαγομενα. — Hebr. 9, 2. ἁγια – προπαροξυτόνως ἀναγνωστεον τα ἁγια, οὑτω γαρ ἡμας διδασκει νοειν το ἑτηρον ὀνομα.

§. 3.

De Theodoreti interpretandi ratione in universum.

Iam quum de modo, quo commentarios suos instituit Theodor. satis dictum videatur, quaeritur, qualis sit eius interpretatio ipsa. Et in universum quidem si rem existimare volumus, negari non potest, Theodoretum totum interpretationis, quam historico-grammaticam appellare solent, leges secutum esse. Potest tamen omnis haec de interpretandi ratione, qua usus est Theod., apte duabus absolvi partibus. Scilicet in explicandis libris sacris hoc inprimis spectasse reperitur, ut *vel* singula explicaret vocabula, *vel* sensum orationis redderet. Quae ex hac duplici ratione notanda nobis visa sunt, accuratius deinceps persequamur.

§. 4.

Quomodo singula vocabula Theod. explicuerit.

Primum quidem diximus, Teodoretum singula orationis graecae vocabula explicare.

Ea tamen in re minus, quam in illustrando scriptoris sensu versatus est, cuius quidem rei duplex causa fuisse videtur. Primum enim Theodoreto utpote graece loquenti, singulorum vocabulorum significationes non tantam movere poterant difficultatem, quantam illi parant, qui graecae linguae scientia destitutus, eam sibi ex veterum scriptis comparare debet. Accedit quod Theodor. epistolis Paulinis frequenter usus, tantam sibi eorum, quae Paulo sunt peculiaria, comparaverat familiaritatem, (id quod eius oratio graeca luculenter testatur) ut plurima, quae difficultate laborarent, ipsi clara essent atque perspicua, et ut eam ipsam ob causam de singulorum vocabulorum potestate dicere ipsi non necessarium videretur. Deinde vero, quod Theodoretus, ut omnes reliqui veteres interpretes, in conficiendis commentariis inprimis spectaret, hoc fuisse existimo, ut lectoribus prodesset; quod ut efficeret, satius duxit, non tam de singulorum vocabulorum vi et potestate eos edocere quam curare, ut mentem scriptoris assequerentur. Ex his autem, quas dixi, causis factum esse existimo, ut iusto saepius desiderentur singulorum vocabulorum explicationes, et, quae de iis dixit, magis ad eorum sensum et peculiarem rationem, qua a Paulo usurpata essent, explicandam, quam ad eorum significationem demonstrandam, spectarent. Qualem autem hac in re sese praestiterit Theodoretus, idoneis

exemplis demonstrare placet. Est autem horum exemplorum triplex genus. Etenim singula vocabula ita explicuit, ut *vel* ad illam, ex qua descenderent, originem respiceret; *vel* ad usum loquendi, qui Paulo solemnis esset, provocaret; *vel* denique sermonis quotidiani consuetudinem consuleret. — In eligendis vero hisce exemplis hanc mihi constitui legem, primum, ut satis idoneam eorum copiam excerperem, quum ex duobus tribusve locis, quae et quales sint interpretis virtutes, perspici non possit; deinde vero ut, quae satis nota et expedita viderentur, omitterem, eaque tantum darem, de quibus vel diversae essent interpretum sententiae, vel quae inprimis apta esse intellexissem ad declarandam Theodoreti singula vocabula explicandi rationem.

Rom. 3, 27. *ἐξεκλεισθη* dictum esse pro: *οὐκ ἔτι χωραν ἐχει*, et maiorem vim habere censet quam *κατελυθη*. *καυχησιν* autem inquit *καλει ὁ Παυλος το ὑψηλον των Ιουδαιων φρονημα· ἐσεμνυνοντο γαρ ὡς μονοι της θειας ἀπολαυσαντες προμηθειας.*

Rom. 5, 5. dicit P. *ἡ δε ἐλπις οὐ καταισχυνει.* Haec posteriora vocabula explicat Theod. per: *ἀψευδης δε ἐκεινη, και το ἀληθες ἐχουσα.* Ne autem hoc temere dictum videatur, addit causam: *ὡς των ἐλπιζοντων μεν, διαμαρτανοντων δε, αἰσχυνομενων και ἐρυθριωντων.*

Rom. 2, 18. Multum disputatum est ab interpretibus, quaenam sint *τα διαφεροντα.*

Theod. interpretatio haec est: διαφεροντα αντι του· εναντια αλληλοις, δικαιοσυνην και αδικιαν; σωφροσυνην και ακολασιαν, ευσεβειαν και ασεβειαν.

Rom. 6, 23. h. l. dicit P. τα γαρ οψωνια της αμαρτιας, θανατος. Theod. bene: εικοτως και τον μισθον οψωνιον κεκληκεν. ονομαζειν γαρ ουτω φιλον αυτω το στρατιωτικον σιτηρεσιον (appellat loc. 1 Cor. 9, 7. ubi legitur τις στρατευεται ιδιοις οψωνιοις ποτε.) Itaque provocat ad usum loquendi Paulo solemnem, quo dicatur οψωνιον de mercede quacunque.

Rom. 7, 5. οτε γαρ ημεν εν τη σαρκι. Sunt, qui voc. σαρκος explicandum censeant de hominis ad peccandum proclivitate. Theod. vero ad nexum orationis accommodatius dicit: την σαρκα h. l. significare την κατα νομον πολιτειαν. etenim solere Paulum eas leges Mosaicas, quae ad corpus humanum spectent, την σαρκα appellare. σαρκα γαρ τας τη σαρκι δεδομενας νομοθεσιας ωνομασεν, τας περι βρωσεως και ποσεως και λεπρας.

Rom. 7, 17. αμαρτιαν, quam P. in homine habitare dicit, Theod. explicat per: του νου την δουλειαν και των παθων την δεσποτειαν.

Rom. 8, 27. voc. πνευματος e Theodoreti interpretatione non dictum est de spiritu sancto, sed de gratia illa, quae data est iis, qui crederent, i. e. de illa animi indole, quae, quaecunque sint bona atque honesta, a deo precatur; quam quidem indolem apostoli a spi-

ritu sancto tamquam auctore repetere soliti sunt. Verba Th. haec sunt: πνευμα δε ἐνταυθα οὐ την ὑποστασιν λεγει τοῦ πνευματος, ἀλλα την δεδομενην τοις πιστευουσι χαριν. ὑπο γαρ ταυτης διεγειρομενοι κατανυττομεθα, πυρσευομενοι προθυμοτερον προσευχομεθα.

Rom. 9, 3. voc. ἀναθεματος inquit Theod. διπλην ἐχει την διανοιαν: και γαρ το ἀφιερωμενον τῳ Θεῳ ἀναθεμα ὀνομαζεται, και το τουτου ἀλλοτριον την ἐναντιαν ἐχει προσηγοριαν. Iam vero hanc posteriorem vim in illo voc. inesse demonstrat ex usu loquendi Paulo solemni, appellans 1 Cor. 16, 22; priorem illam e consuetudine dicendi communi. και το μεν δευτερον ἐν τῃ προς Κορινθιους ἡμας ἐδιδαξεν ὁ Παυλ. το δε γε προτερον και ἡ κοινη διδασκει συνηθεια. ἀναθεματα γαρ καλουμεν τα τῳ Θεῳ προσφερομενα. Eadem vero ratione hoc voc. legi dicit Ios. 6, 17.

Rom. 10, 21. Verba ὁλην την ἡμεραν, quibus LXX. reddiderunt hebr. כל היום, dicta esse censet Theod. pro διηνεκες. τοῦτο γαρ inquit και ὁ Συμμαχος και ὁ Ακυλας πασαν ἡμεραν ἡρμηνευσαν.

Rom. 11, 8. ἐδωκ. αυτ. ὁ Θ. πνευμ. κατανυξεως. Theod. dicit: το ἐδωκεν ὡς το παρεδωκεν ἀντι τοῦ συνεχωρησεν. οὐ γαρ ὁ Θεος αὐτους παρεσκευασεν ἀπιστησαι· πως γαρ οἱον τε και αὐτον αὐτοις ἐνθειναι την ἀπιστιαν και αὐτον δικας ὑπερ ταυτης εἰσπραξαι. — Πνευμα autem κατανυξεως positum esse dicit pro: την ἀμεταβλητον

γνωμην. ὡσπερ γαρ ὁ την ἐπαινουμενην ἐχων κατανυξιν, την ἐπι το χεῖρον τροπην οὐκ εἰσδεχεται, οὑτως ὁ παντελως ἑαυτον ἐκδους τη πονηρια την ἐπι το κρειττον οὐχ αἱρεται μεταβολην. —

Rom. 11, 31. ἱνα h. l. posuisse Paulum dicit Theod. κατα το οἰκειον ἰδιωμα· οὐδε γαρ δια τουτο ἠπειθησαν, ἱνα ἐλεηθωσιν, ἀλλ᾽ ἠπειθησαν μεν δια το της διανοιας ἀντιτυπον, ἐλεηθησονται δε μεταμελεια χρησαμενοι.

Rom. 13, 5. ὀργην h. l. idem valere dicit, quod τιμωρια· v. 7. φορον explicat per την ὑπερ της γης εἰςφοραν· τελος per: την ὑπερ ἐμποριας συντελειαν. — ὀφληματα autem omnia complecti dicit, quae iis, qui imperium tenent, debentur, οὐ μονον ταυτα, scilic. φορον και τελος, ἀλλα και τον φοβον και την τιμην ὀνομαζει. ταυτα γαρ τοις ἀρχουσι παρα των ἀρχομενων ὀφειλεται.

Rom. 16, 5. ὁς ἐστι ἀπαρχη της Ἀσιας· Theod. sic interpretatur: πρωτος παντος του ἐθνους ἐπιστευσεν οὐ δε χαριν και της ἀπ᾽ ἀρχης την προςηγοριαν ἐδεξατο.

Rom. 16, 16. Quid sit φιλημα ἁγιον bene illustrat Theod. dicit enim esse σεμνον και σωφρων και εἰλικρινες και γνησιον και δολου παντος ἀπηλλαγμενον.

1 Cor. 1, 18. legitur ὁ λογος του σταυρου ἀπολλυμενοις μωρια ἐστι· Theod. τον λογον του σταυρου dicit esse το περι του σταυρου κηρυγμα. ἀπολλυμενους autem esse eos, qui fidem non habeant, eamque ob causam perniciei tradan-

tur. *σωζομενους* autem *τους την πιστιν ἐχοντας.* Addit vero etiam, Paulum his vocabulis de Christianis credentibus et fidem denegantibus usum fuisse *ἀπο του τέλους* (quod plerumque dicitur: per metonon, effecti).

1 Cor. 2, 14. *ἀνθρωπος ψυχικος*, qui h. l. commemoratur, ex interpretatione Theodoreti est: *ὁ μονοις τοις οἰκειοις ἀρκουμενος λογισμοις, και την του πνευματος διδασκαλιαν μη προσιεμενον οὔτε μὴν ἐπιγνωναι δυναμενον.*

1 Cor. 3, 1. *σαρκικοι* Theodoreto sunt homines *περι τον βιον τουτον ἐπτοημενοι καὶ κεχηνοτες περι τα δοκουντα λαμπρα και τῳ πλουτῳ και τῃ εὐγλωττιᾳ των διδασκαλων προσεσχηκοτες.*

1 Cor. 3, 6. *ἐφυτευσα·* bene Theod. *πρωτος γαρ ὑμιν ἐκηρυξα· Απωλ. ἐποτισεν* i. e. *μετ' ἐμε την ἐμην διδασκαλιαν ἐκρατυνεν.*

1 Cor. 7, 22. *ἀπελευθερον* Theod. *καλειν εἰωθαμεν τον ἐκ δουλων γεγενημενον· τουτῳ τῳ ὀνοματι τον της πιστεως ἠξιωμενον προσηγορευσε δουλον.* Iam accuratius demonstrat, quo iure Paulus *τους ἀπελευθερους δουλούς*, hos autem *ἀπελευθερους* dicere potuerit.

1 Cor. 8, 3. *ἐγνωσται* plerique recentiorum interpretum, ad hebr. הוֹדִיעַ provocantes, sensu *Hophalico* dictum esse censent, pro: is a deo ipso institutus, edoctus est; is talem habet, qualem habere debet, rerum div. cognitionem; subtilius quidem quam verius, h. e. linguae graecae et usui loquendi, qui est in

N. T., convenientius dictum *). Theod. rectius ἐγνωσται ὑπ' αὐτου positum esse dicit ἀντι του. της παρ' αὐτου κηδεμονιας τυγχανει, et appellat Exod. 33, 12. ubi Iehovah dicit: יְדַעְתִּיךָ בְשֵׁם, atque explicandi causa additur וְגַם מָצָאתָ חֵן בְּעֵינָי. Inde autem apparere addit Theod., voc. ἐγν. ὑ. α. significare πλειονα του θεου. κηδεμονιαν. et quidem recte. Solebant enim Iudaei, ubi Iehovam homines *nosse* dicerent, semper amoris et benevolentiae notionem adiunctam cogitare.

1 Cor. 9, 12. De vocabulo ἐγκοπης haec habet Theod. λιαν ἁρμωδιως την βλαβην ἐγκοπην προσηγορευσεν· οὐκ ἐᾳ γαρ τρεχειν το ἐυαγγελιον, κωλυει τον δρομον, ἐπεχει την δια του κηρυγματος σωτηριαν.

1 Cor. 10, 13. πειρασμον ἀνθρωπινον Theod. idem valere dicit, quod σμικρον et addit, voc. ἀνθρωπινον ita saepius dictum esse Paulo. τουτῳ γαρ τῳ προσρηματι ἐπι του σμικρου κεχρησθαι εἰωθεν ὁ Παυλ. cf. Rom. 6, 19.

1 Cor. 11, 10. ἐξουσιας vocabulum, quod mirifice vexabit interpretes multumque ab iis vexatum est, Theod. dictum esse censet de *vela-*

---

*) vid. S. V. *Wineri*, quem praeceptorem dilectissimum grato animo appello, cuiusque merita, quanta in me sint, dici vix potest, librum, cuius inscriptio haec est: Grammat. des ntm. Sprach-Idioms. Leipz. 1822. p. 79.

mine. Το κάλυμμα ἐξουσίαν ἐκάλεσεν. ἀντι του δεικνυτω την ὑποταγην ἑαυτην συστελλουσα, — και οὐχ ἡκιστα των ἀγγελων ἑνεκα, οἱ ἐφεστασι τοῖς ἀνθρωποις την τουτων κηδεμονιαν πεπιστευμενοι. Itaque dicit, angelos propter quos mulieres caput velare debeant, esse angelos tutelares. Sic usurpatum esse voc. ἀγγελον demonstrat Act. 12, 15. Matth. 18, 10.

1 Cor. 11, 18 σχισματα, quae inter Corinthios exorta fuisse audiverat P. h. l. non illas controversias, quae ad decreta religionis chr. spectaverint, dicta esse censet, sed potius illas, quae principatus cupiditatem fontem habuerint, quorumque ab initio epistolae P. mentionem fecerit. σχισματα οὐ δογματικα λεγει, ἀλλ' ἐκεινα τα της φιλαρχιας, ὡν και ἐν ἀρχῃ της ἐπιστολης κατηγορησε. v. 19. αἱρεσεις inquit Theod. τας φιλονεικιας λεγει, οὐ τας των δογματων διαφορας. Illud δεῖ autem non esse dicit ἀναγκαστικον, sed eadem ratione dictum putat, qua illud Christi: δεῖ τα σκανδαλα ἐλθειν. Matth. 18, 7.

1 Cor. 12, 8. λογος σοφιας, quid sit, quaque in re differat a λογῳ της γνωσεως, multum quaesiverunt interpretes. Alii dici existimarunt σοφιαν του λεγειν, facultatem loquendi, λογον γνωσεως autem, facultatem iudicandi, contra omnem, si quid video, qui est in N. T. loquendi usum. Alii et quidem recentiores plerique idem valere existimant, quod σοφια et γνωσις; dissentiunt tamen in constituenda huius

σοφιας et γνωσεως notione. Theodoret. sic interpretatur: λογον σοφιας οὐ την εὐγλωττιαν καλει, ἀλλα την ἀληθη διδασκαλιαν, ἧς και αὐτος ὁ ἀποστ. την χαριν ἐδεξατο, και ὁ Ιωαννης ἐυαγγελιστης και ὁ Πετρος. Iam vero, quamnam dixerit Theod. την ἀληθη διδασκαλιαν, ex iis patet, quae sequuntur. Scilicet dicit: οὐ γαρ ἀν ἠδυνηθησαν ἀνδρες ἁλιεις και ἀποχειροβιωται και γραμματων ἀμυητοι, και δημηγοριας κατατολμησαι και συγγραφης και δυναμεως ὁτι μαλιστα πλειστης ἐμπλῆσαι τους λογους και την συγγραφην, εἰ μη παρα του θειου πνευματος την ἀληθη σοφίαν ἐδεξαντο. — ἑτεροι δε των πεπιστευκοτων την μεν γνῶσιν εἰχον των θειων δογματων, δημηγορειν δε τουτοις ὁμοιως ουκ ἰσχυον. Itaque ἀληθη διδασκαλιάν eandem dixit, quam latini doctrinam appellant (nos: Gelehrsamkeit, Fähigkeit, die Lehren des Christenthums auf eine gelehrte Weise zu behandeln und vorzutragen, mündlich oder schriftlich) γνωσιν autem significare dicit meram decretorum christ. scientiam sive cognitionem a subtiliori doctrina alienam.

1 Cor. 13, 5. ἀγαπη οὐ λογιζεται το κακον. Haec explicant alii: non suspicatur quidquam mali alii: non damnum molitur, non meditatur mala. Theod. ad id, quod proxime praecedit οὐ παροξυνεται accommodatius explicat sic: συγγινωσκει τοις ἐπταισμενοις, οὐκ ἐπι κακῳ σκοπῳ ταυτα γεγενῆσθαι ὑπολαμβανων. Quae de hoc toto loco dixit, digna sunt, quae legantur.

1 Cor. 15, 52. Theod. dicit, Paulum h. l. ostendere voluisse, quam subita futura sit mortuorum resurrectio. Iam explicat singula, et *ἀτομον* quidem dicit esse *το λεπτοτατον σῶμα το ἐν τῳ ἡλιῳ φαινομενον, ὁ τομην οὐ δεχεται δια την ἀγαν σμικροτητα. — ῥιπην ὀφθαλμου* esse *της κορης την κινησιν. δια τουτων δε την του θειου δυναμιν ἐδειξεν.*

2 Cor. 2, 10. *ἐν προσωπῳ Χριστου* idem esse dicit Theod. ac si scripsisset P. *ποιω γαρ τουτο, ὡς του Χριστου ἐφορωντος και ἀρεσκομενου τοῖς γενομενοίς.* Hanc illius formulae explicationem propterea attuli, quoniam diversissimae de ea prolatae sunt sententiae. *Lutherus* aliique interpretati sunt: Christi loco et nomine i. e. auctoritate; alii, ut *Schleussnerus* in Lexic. *iurandi formulam* esse statuunt; quo iure, nescio.

Gal. 2, 19. Voc. *νομον* dictum esse censet Theod. non solum de lege Mosaica, sed de omni religionis iudaicae instituto, inprimis de oraculis V. T. ad Christum spectantibus. Sententiam P. hanc esse dicit: *ἐγω, φησι Παυλος, πεισθεις αὐτῳ τῳ νομῳ νεκρον ἐμαυτον κατεστησα. ὁ νομος γαρ μοι τον Χριστον προεμηνυσεν. ἐκεινῳ πεισθεις προσεληλυθα τουτῳ. — ἀπεθανον* vero sic interpretatur: *οὐκετι γαρ πολιτευομαι κατ᾽ ἐκεινον, τοις δε δογμασι τουτου ἑπομαι.* Monuerunt quidem interpretes, vocc. *δια νομου* non dicta esse posse eo sensu, quo interpretatus est Theod.; propterea, quod addendus

fuisset articulus του. Hoc tamen, si quid video, sine idonea causa dictum est. Etenim voc. νομον, ubi dicitur de lege mos. saepissime legitur omisso articulo cf. Rom. 2, 12. 3, 28. 4, 13. 14. Gal. 2, 16. Contra vero, ne uno quidem in loco νομος sive ὁ νομος ita dictum est, ut significaret legem illam div., quae continetur in religione chr. i. e. religionem christianam ipsam. Temere enim, ut hoc probaret, usus est *Schleussnerus* loco Gal. 5, 23. et Iac. 4, 11. Priori tamen in loco voc. νομοϛ aut de lege mosaica aut de lege omnino omni dictum esse, sponte apparet ex orationis nexu. Etenim P. inde a v. 16—23. την σαρκα opponit τῳ πνευματι, et τα της σαρκος ἐργα, τῳ καρπῳ του πνευματος. et dicit v. 18. eos, qui bonae menti studeant, non esse ὑπο νομον, ad eos legem non pertinere. Eandem sententiam profert v. 22 et 23, et voc. νομον h. l. eandem habet protestatem, quam v. 18. h. e. *vel* legem mosaicam significat, quae data erat, ut inhoneste facta coërceret, vel legem omnino, ad mores hominum spectantem. — Posteriori vero loco voc. νομον neque de religione chr. neque de lege mosaica, sed de lege, quaecunque sit, in universum dictum est. — ὁ νομος, ubi de religione christiana in N. T. dicitur, semper adiuncta habet vocabula Χριστου, πνευματος, ἐλευθεριας, δικαιοσυνης, τελειου et alia. Itaque contra eam, quae est in N. T., loquendi consuetudinem statuitur, δια νομου de religione

chr. dictum esse. Accedit, quod ex interpretatione Theodoreti nascitur sententia longe sublimor atque apostoli consilio magis accommodata. Scilicet in iis, qua antecedunt, docuerat P., Christum non venire in communionem peccati eorum, qui, quum antea legem mosaicam abrogatam esse declarassent eo, quod ad Christum transiissent, postea tamen ad illam essent reversi. Culpam inesse in eo ipso, qui, quum deseruisset legem mos., iterum eam recipiat. Deinde vero ipsum ne dici quidem posse ἁμαρτωλον, quum causa, ex qua ipse legem deseruerit et ad sacra chr. transierit, in ipsa lege posita fuerit; scilicet se ipsum esse secutum legis de Messia dicta. Quapropter neque ipsum dici posse ἁμαρτωλον neque Christum ἁμαρτιας διακονον.

Ephes. 1, 5. ευδοκιαν idem valere dicit, quod ἡ ἐπ' ευεργεσιᾳ βουλησις. Ita saepissime dictum esse hoc voc. in libris sacris, ut Ps. 146, 11. et Hebr. 10, 38.

Ephes. 2, 2. υἱους ἀπειθειας ex Theod. interpretatione P. dixit homines τους οὐ προσιεμενους τα θεια κηρυγματα. In hos enim diabolum imperium exercere existimat. Iam vero, quum P. his verbis Christianos ob pristinam vivendi agendique rationem, qua omnis generis flagitiis dediti fuerant, vituperasse videretur, existimat Theod. eum, ut vituperationis illius vim aliquo modo mitigaret, v. 3. voc. ἡμεις posuisse, ut, quae Christianis dicta essent,

ad apostolum quoque pertinerent, ipseque sic in vituperii illius communionem veniret.

Ephes. 2, 20. Quemadmodum aliis in locis Christus dicatur ἡ κεφαλη τοῦ σωματος των ἁγιων, ita hoc loco eum appellari monet Theod. λιθον ἀκρογωνιαιον, et quidem propterea, quoniam, sicut λιθ. ἀκρογ. duos muros coniungat (δυο τοιχους συναπτει), ita Christus τους ἐκ των Ιουδαιων και τους ἐξ ἐθνων πεπιστευκοτας δικην γωνιας ἑνοῖ.

Ephes. 4, 14. κυβειαν Paulum dixisse censet τὴν πανουργίαν. Ut autem demonstraret, hanc potestatem in illo voc. vere inesse, addidit: voc. κυβειας πεποιηται ἀπο κυβευειν. ἰδιον δε των κυβευόντων τὸ τηδε κἀκεισε μεταφερειν τας ψηφους καὶ πανουργως τουτο ποιειν.

Hebr. 2, 16. ἐπιλαμβανεται recentiorum fere omnes explicant: opem tulit non angelis, sed hominibus. Theod. vero de natura humana, quam assumserit Christus, dictum esse censet. εἰ γαρ, inquit, ἀγγελων ἀνειληφη φυσιν, κρειττων ἀν ἐγεγονει θανατου. ἐπειδη δε ἀνθρωπινον ἠν, ὁ ἀνελαβε, δια μεν του παθους τὸ των ἀνθρωπων ἀπεδωκε χρεος. Eadem quoque ratione explicuit illud voc. Chrysostomus *).

---

*) Την πολλην του θεου φιλανθρωπιαν ὁ Παυλ. δειξαι βουλομενος και την ἀγαπην, ἡν περι το γενος ἐχη το ἀνθρωπινον, μετα το εἰπειν· „ἐπει οὐν τα παιδια — δουλειας," ἐπεξεργηται τουτῳ τῳ χωριῳ, και φησιν· „οὐ γαρ δηπου ἀγγελ. ἐπι-

Equidem hanc Theodoreti et Chrysostomi illius vocabuli interpretationem propterea attuli, quoniam *Ernestius* (Interpr. N. T. pag. 201) priorem illam explicationem unice veram et *totius graecae ecclesiae* esse contendit.

Hebr. 4, 13. voce. *τετραχηλισμενα τοις ὀφθαλμοις αὐτου* dicta esse putat Theod. *ἐκ μεταφορας των θυομενων ζωων, ἁ παντελως ἀφωνα κειται, της σφαγης την ζωην ἀφελομενης, καὶ μετα της ζωης τὴν φωνην. οὑτω, φησι, καὶ ἡμεις κρινομενοι θελομεθα μὲν ἀπαντα τα δυσσεβως παρ' ἡμων ἠ παρανομως γεγενημενα· σιγωντες δε την της τιμωριας δεχομεθα ψηφον, ἁτε δη το δικαιον αὐτης ἐπισταμενοι.*

Hebr. 12, 1. *εὐπεριστατον* (vocabulum *ἁπαξ λεγομενον*, de cuius potestate dissentiunt interpretes) *ἁμαρτιαν* dictam esse existimat Theod. *ὡς εὐκολως και ῥαδιως συνισταμενην, τε και γινομενην. και γαρ ὀφθαλμος δελεαζεται,*

λαμβανεται." τι ἐστιν, ὁ φησιν; οὐκ ἀγγελων φυσιν ἀνεδεξατο ἀλλ' ἀνθρωπου. τι δε ἐστιν το ἐπιλαμβανεται; οὐκ ἐκεινης, φησιν, ἐδραξατο της φυσεως ἀγγελων, ἀλλα της ἡμετερας. δια τι δε οὐκ εἰπεν· ἀνελαβεν, ἀλλα ταυτη τη λεξει ἐχρησατο τῃ· ἐπιλαμβανεται; ἀπο μεταφορας των διωκοντων τους ἀποστρεφομενους αὐτους, και παντα ποιουντων, ὡστε καταλαβειν φευγοντας και ἐπιλαβεσθαι ἀποπηδωντων. — φευγουσαν γαρ ἀπ' αὐτου τὴν φυσιν ἀνθρωπινην καὶ ποῤῥω φευγευσαν (Ephes. 2, 12.) *αὐτος καταδιωξας κατελαβεν.*

ἀκοῃ καταθελγεται και ὁ λογισμος περι το χειρον ὀξυῤῥοπος.

1 Thess. 4, 4. voc. σκευος non de coniugibus tantum, sed de omnibus omnino hominibus dictum esse censet Theod. τινες, inquit, το ἑαυτου σκευος την ὁμοζυγα ἡρμηνευσαν. ἐγω δε νομιζω τὸ ἑκαστου σωμα αὐτον κεκληκεναι. Addit causam hanc: οὐ γαρ τοις γε γαμήκοσι μονοις τὴν νομοθεσιαν προσφερει. — v. 6. πλεονεξιαν h. l. peculiari modo a Paulo dictam esse existimat de *adulterio*, i. e. de libidine venerea. πλεονεξιαν ἐνταυθα την μοιχειαν ἐκαλεσε. του γαρ μη προσηκοντος ἁπτεται ὁ γαμον διορυττων ἀλλοτριον, και την ἀλλῳ διαφερουσαν εὐνην ληστευων. Hanc huius voc. explicationem ad orationis nexum maxime accommodatam esse, sponte apparet. Utrum ea usui loquendi repugnet nec ne, quaeritur quidem; sed in ipsa huius voc. potestate primaria nihil est, quod illam interpretationem non admittat.

2 Thess. 1, 6. το εἰπερ, inquit Theod., οὐκ ἐπ᾽ ἀμφιβολιας τεθεικεν ἀλλ᾽ ἐπι βεβαιωσεως. Provocat autem ad usum loquendi communem: καὶ γαρ ἡμεις εἰωθαμεν ἰσχυριζομενοι λεγειν· εἰπερ τοδε ἀληθες, ὡσπερ οὐν ἀληθες.

Coloss. 1, 19. πληρωμα coetum christianum dici existimat Th. propterea, quoniam impletus sit donis divinis, ὡς των θειων χαρισματων πεπληρωμενον. Egregia sane est huius totius loci interpretatio: ταυτην, inquit, (ἐκκλησιαν)

εὐδοκησαι τον θεον ἐν τῳ Χριστῳ κατοικησαι· του- τεστιν· αὐτῳ συνηφθαι, ὑπο την αὐτου σκεπην εἰναι, τοῖς αὐτου νομοις ἀκολουθειν.

Coloss. 2, 18. de voc. *καταβραβευειν* haec habet: *βραβευτας καλουσι τους των ἀγωνιζομενων κριτας· οὗτοι γαρ τοις νικωσι της νικης την ψηφον ὀρεγουσι. καταβραβευειν δε ἐστι το ἀδικως βραβευειν.* Nunc ea, quae de voc. potestate propria dixit, confert in locum nostrum sic: *ἐπειδη τοινυν και οἱ τας νομικας παρατηρησεις τῳ εὐαγγελιῳ παραμιγνυντες ἀπο των κρειττονων αὐτους εἰς τα ἐλαττω μετεφερον, εἰκοτως ἐφη· μηδεις ὑμας καταβραβ.*

1 Tim. 1, 4. *μυθους* ex interpretatione Theod. dixit Paulus *οὐ την του νομου διδασκαλιαν, ἀλλα την ἰουδαϊκην ἑρμηνειαν την ὑπ' αὐτων καλουμενην δευτερωσιν*, משנה.

1 Tim. 1, 20. Qua in re positum fuerit illud *παραδιδοναι τῳ Σατανᾳ*, bene docet ad h. l. Theod. *τοῦ ἐκκλησιαστικου σωματος χωρισθεντες και της θειας χαριτος γυμνωθεντες πικρας παρα του θυσμενους ἐδεχοντο μαστιγας*, et quae reliqua sunt. Hoc tamen posterius addidit e temporum illorum opinionibus.

1 Tim. 2, 1. *δεησις*, inquit Theod., *ἐστι ὑπερ ἀπαλλαγης τινων λυπηρων ἱκετεια προσφερομενη*, preces, quae fiunt, ut mala et pericula avertat deus. *προσευχη δε ἐστιν αἰτησις ἀγαθων*; denique *ἐντευξις ἐστι κατηγορια των ἀδικουντων.*

1 Tim. 3, 1. voc. *ἐπισκοπου* h. l. complecti dicit Theod. *τους πρεσβυτερους* propterea, quo

niam P. horum mentionem non faciat, sed transeat statim ab episcopis ad leges diaconis ferendas. Inde autem apparere dicit, ἐπισκοπους et πρεσβυτερους apostolorum tempore, muneris et dignitatis ratione habita, eodem loco constitutos fuisse. Τους αὐτους ἐκαλουν ποτε πρεσβυτερους και ἐπισκοπους. τους δε νυν καλουμενους ἐπισκοπους, ἀποστολους ὠνομαζον. του δε χρονου προϊοντος το μεν της ἀποστολης ὀνομα τοις ἀληθως ἀποστολοις κατελιπον· την δε της ἐπισκοπης προσηγοριαν τοις παλαι καλουμενοις ἀποστολοις ἐπεθεσαν. οὑτω Φιλιππησιων ἀποστολος Επαφροδιτός ἠν, ἀλλ' ὁμως, addit, εἰ και πρεσβυτεροις ταυτα ἐνομοτεθησε ὁ Παυλος, εὐδηλον, ὡς τ[illegible] ἐπισκοπους πρωτους προσηκει τουτους φυλαττειν τους νομους, ἁτε δη και μειζονος μεταλαχοντας τιμης.

1 Tim. 3, 6. νεοφυτου vocabulum, quod nonnulli interpretum recentiorum*) de *iuvene, adolescente*, dictum esse censent propterea, quod in hos inprimis cadat ille τυφος, quem h. l. reprehendat Paulus, Theod. explicat de eo, qui modo fidem christianam amplexus sit, τον εὐθυς πεπιστευκοτα καλει τον νεοφυτον, et provocat ad 1 Cor. 3, 6. ubi voc. φυτευειν ita dictum sit, ut significet, prima religionis christianae semina quasi spargere. Iam refutat sententiam eorum, qui Paulum h. v. iuvenes

*) *Heinrichs:* in N. T. edit. *Kopp.* Vol. VII. ad hunc locum.

dixisse existimaverant. οὐ γαρ, ὡς τινες ὑπελαβον, τον νεον τῆς ἡλικιας ἐκβαλλει. και γαρ ὁ Τιμοθεος, πρὸς ὃν ταυτα γεγραφε, νεος ὢν ἦν, τους νομους τουτους ἐδεχετο. μηδεις γαρ σου, φησι, της νεοτητος καταφρονειτω. Causam vero, cur P. dixerit eum, qui recens Christianus factus sit, τυφωθεντα ἐμπιπτειν εἰς κριμα, hanc esse censet: ἐὰν τοινυν μη προπαιδευθῃ τις τα θεια, και πρωτον ἐν τῳ των μαθητων καταλογῳ ταχθεις την ἀρετην ἀσκηθῃ, της ἀλαζονειας το παθος ἐκ της προεδριας δεξαμενος, τῃ του διαβολου τιμωριᾳ περιπεσειται. κριμα γαρ ἐνταυθα την τιμωριαν ἐκαλεσε.

2 Tim. 1, 1. Verba κατ' ἐπαγγελιαν ζωης, quae varie explicant interpretes, Theod., ut quid video, simpliciter h. e. recte interpretatur. Scilicet mentem apostoli hanc esse dicit: ἀποστολον με προεβαλετο ὁ Θεος, συμψηφισαμενου και του Υἱου, ὡστε με την ἐπαγγελθεισαν αἰωνιον ζωην τοις ἀνθρωποις κηρυξαι.

§. 5.

Quomodo Theod. sensum illustraverit.

Frequentius, quam in demonstranda singulorum vocabulorum vi ac potestate, versatur in *illustrando* integrorum commatum sensu. Cuius rei causae quaenam fuisse videantur, quum supra iam dictum sit, non est, quod plura addamus. Exponendum potius est de ratione, qua sensum integrorum locorum *inve-*

nerit et illustrare studuerit. Ad *illud* quidem quod attinet, satis idoneam probavit solertiam. Etenim non singula tantum loci vocabula eorumque cum integra sententia nexum respexit, verum etiam, quomodo diversae orationis partes inter se cohaereant, inquisivit; ordinem, quo singulae scriptoris sententiae sese invicem excipiant, dilucide demonstravit; quae fuerint causae, cur apostolus nonnunquam orationis seriem neglexerit, quantum fieri potuit, explicuit, et ex historia tum illorum temporum tum vitae scriptoris repetiit ea, quae ad illustrandas sententias facere videbantur. Neque vero etiam Pauli ingenii animique, qualis variis temporibus esset, rationem habere omisit, et quamnam tum ad orationem tum ad sententias habuerit vim, ostendere conatus est. Hoc inprimis testantur, quae ad Gal. 4, 20. de causis diversitatis, quae reperitur in oratione apostoli, monuit. Scilicet rationem habuit animi P., sive laetitia sive dolore affecti; qua quidem animi commotione effectum esse existimat, ut existeret illa orationis diversitas. ὑπο *της ὀδυνης το παθος συνεχως αὐτον μεταβαλλειν ἀναγκαζει του λογου το εἰδος, καὶ νυν μεν ἐπιτιμᾳν, νυν δε παρακαλειν και ποτε μεν κατηγορειν ποτε δε θρηνειν.* — In *exponendo* autem et *illustrando* sensu ita versatus est, ut orationem Pauli vel circumscriberet, et ubi apostoli verba obscura essent, clariora poneret magisque perspicua; vel exemplis uteretur, quibus, quae

senserit scriptor, copiosius exponeret lectorumque oculis quasi subiiceret. Quod reliquum est, et *brevitati* *) et *simplicitati*, quae in primariis boni interpretis virtutibus recte ponuntur, quam maxime operam dedit, nec ulla facile reperies loca, ab iis, in quibus de rebus dogmaticis sermo est, si discesseris, quae aut prolixe aut contorte explicata essent. Haec omnia, qualia sint, ex his quae subiicienda sunt exemplis accuratius cognoscentur.

Rom. 2, 12. ὅσοι γαρ ἀνομως ἡμαρτον, — ἀπολουνται: quid sibi haec velint, bene explicat Theod. παντων γαρ, inquit, ποιητης ὁ θεος παντων οὐν ἐσται κριτης, και τους μεν Ιουδαιους κατα τον Μωσαϊκον νομον εὐθυνας εἰσπραξεται· τους δε γε τουτον οὐ δεξαμενους, τουτους γαρ ἀνομους καλει, εἰτα ἡμαρτηκοτας κατα την ἐντεθεισαν τῃ φυσει διαγνωσιν ἐνδικως κολασει.

ibid. 2, 18. Καυχασθαι ἐν θεῳ vulgo interpretantur: gloriari, quod unum deum colis. Sed haec si P. sibi voluisset, non ἐν θεῳ, sed ἐν τῳ θεῳ aut alia ratione dicturus fuisset, ut, quod erat inter Iudaeos, qui unum deum, et inter gentiles, qui plures colebant, discrimen clarius redderetur. Quare rectius et ad Iudaeorum, qui eximio dei favore ornatos ideoque gentibus a cultu Iehovae alienis sese praestare

*) „Συντομιας δε ὁτι μαλιστα φροντιω· οἰδα γαρ την βραχυλογιαν και τους ῥαστωνῃ συζωντας προτρεπουσαν εἰς ἀναγνωσιν.“ Praef. in Epp. Paul. p. 3. ex edit. Noesselt.

existimabant, iactationem accommodatius explicat Theod. sic: *καυχ. θεῳ ὡς παντων σε προτετιμηκοτι των κατα την οἰκουμενην ἐθνων, ὡς πολλης σε κηδεμονιας ἠξιωκοτι, και νομον δεδωκοτι και δια των προφητων ποδηγησαντι.*

Rom. 3, 20. *διοτι ἐξ ἐργων του νομ. οὐ δικ. πασ. σ. ἐνωπ. θεου.* Nonnulli interpretes haec de factis, quae *omni legi mos.* essent consentanea, dicta et sensum hunc esse censent: quamvis maximam legis mos. observandae operam dederis, tamen deo probari non potes. Theod. vero verba illa ad legem tantum, quae ritualis dicitur, pertinere existimat. Sic enim interpretatus est: *του μωσ. νομου τα μεν συνεβαινε τῃ γνωσει της φυσεως, ὡς το οὐ μοιχευσεις, οὐ φονευσεις, τιμα τον πατερα σου και την μητερα και ὁσα τοιαυτα. ᾔδεισαν γαρ οἱ τουτον μη δεξαμενοι τον νομον, ὁτι τουτων ἑκαστον κατηγοριαις και μεντοι και τιμωριαις ὑπευθυνον. τινα δε Ἰουδαιοις μονον κατ' ἐκεινον συμφεροντα τον καιρον τεθεικεν ὁ νομοθετης, οἱον περιτομην λεγω και σαββατον και τας θυσιας και τα περιῤῥαντηρια και τα τουτοις προσομοια. ἁ συμβολα ἐστιν ἑτερων· πληρουμενα δε ταυτα καθ' ἑαυτα οὐκ ἀπεχρη δικαιον ἀποφηναι τον μετιοντα· οὗ δε χαριν εἰρη ὁ Παυλ. διοτι ἐξ ἐργ. κτλ.* cf. ad Rom. 5, 12.

Rom. 7, 13. Theod. de h. v. haec habet: *ἀσαφες ἐστιν δια πολλην συντομιαν. λεγει δε τουτο, ὁτι δια του ἀγαθου, τουτεστιν του νομου και της ἐντολης δεικνυται μοι ἡ ἁμαρτια, τουτεστι κακη και πονηρα. και πως δεικνυται; κατεργαζομενη θανα-*

τους· οὐ μεν ὁ νομος κακος ὁ τοιαυτα διδασκων, ἀλλ', ἡ ἁμαρτια προξενουσα τον θανατον. λεγει δε την ἁμαρτιαν της ἡμετερας προαιρεσεως ἡ ἐπι το χειρον ῥοπη.

Rom. 11, 12. Nonnulli interpretes voc. ἡττήματος dictum esse existimant de illa Iudaeorum conditione, qua doctrinam chr. repudiaverint; voc. πληρώματος autem de conditione animi contraria. Nolo h. l. quaerere, utrum illa vocc. de interna aliqua animi conditione dicantur nec ne. Theod. alia ratione sensum sic constituit: εἰ γαρ των πλειονων ἀπιστησαντων, οἱ ἐξ αὐτων πεπιστευκοτες τοις ἐθνεσι της θεογνωσιας τον πλουτον προσηνεγκαν, δηλονοτι παντες πιστευσαντες μειζονων ἀγαθων πασιν ἀνθρωποις ἐγενοντο ἀν προξενοι. ὁρον γαρ ἐπιστευσαν παντες, οὐκ ετι τουτων ἀντιλεγοντων, ἀλλα μεθ' ἡμων την ἀληθειαν κηρυττοντων.

ibid. 11, 28. ἐχθροι δι' ὑμας. Interpretum recentiorum nonnulli sic reddunt: ad doctrinam chr. quod attinet, illi (Ιουδαιοι ἀπιστοι) omnino eam repudiarunt, id quod vobis magnae erat utilitati; minus recte quidem, si ad ea, quae sequuntur respexeris. Theod. sic interpretatus est: ὁταν, ἐφη ὁ Παυλ., εἰς ὑμας ἀποβλεψω, ὡν την διδασκαλιαν ἐνεχειρισθην, ἐχθρους ἐκεινους ὑπολαμβανω, και δυσμενεις, παντα εἰς ὑμετεραν βλαβην ἐργαζομενους. ὁταν δε εἰς τους προγονους ἀπιδω και λογισωμαι ὡς ἐκεινους ἐξ ἁπασης της οἰκουμενης ὁ θεος ἐξελεξατο, στεργω δι' ἐκεινους και τουτους.

Rom. 12, 1. P. Christianos adhortatur, ut corpora sua deo offerant *θυσιαν ζωσαν*. Theod. bene illustrat horum verborum sensum. Scilicet dicit: *οὐ γαρ σφαγηναι κελευει τα σωματα, ἀλλ' εἰναι τῃ ἁμαρτιᾳ νεκρα και μηδεμιαν ἐκεινης ἐνεργειαν δεχεσθαι.*

ibid. 12, 6. *ἐχοντες* et quae reliqua sunt. Nexus horum verborum cum antecedentibus difficultate aliqua laborat. Quare Theod. addit nonnulla ex superioribus petita, quae nexum bene restituunt. Scilicet dicit: *οὑτω νοητεον. μελη ἐσμεν ἀλληλων, ἐχοντες* et quae sequuntur. Verborum autem *κατα την ἀναλογιαν πιστεως* sensum hunc esse dicit: *τῃ ἑκαστου πιστει μετρει την χαριν ὁ των ἀγαθων χορηγος.*

ibid. 14, 5. Theod. sic explicat: *οἱ μεν γαρ διηνεκως ἀπειχοντο των ἀπηγορευμενων ὑπο του νομου βρωματων, οἱ δε ἐνιας ἡμερας.* Verba autem „*ἑκαστος τῳ ἰδιῳ νοϊ πληροφορεισθω*“ non generatim dicta esse censet, h. e. non pertinere ad religionis christ. decreta, sed tantum ad uniuscuiusque de ciborum usu sententiam: *περι μονων τοινυν των ἐδεσματων τῃ ἑκαστου διανοιᾳ την ἐξουσιαν ἀπενειμε.* addit vero: *τουτο γαρ τοι και μεχρι του παροντος ἐν ταις ἐκκλησιαις το ἐθος μεμενηκε: και ὁ μεν ἀσπαζεται την ἐγκρατειαν, ὁ δε παντων ἀδεως μεταλαμβανει των ἐδωδιμων, και ουτε οὑτος ἐκεινον κρινει, ουτε ἐκεινος ἐπιμεμφεται τουτῳ.*

ibid. 14, 22. *μακαρ. ὁ μη κριν.* Quae sit mens apostoli praeclare demonstrat Theod.

ἀδικειται, inquit, ὁ λογος, ὡς οἱ ἐξ ἐθνων πεπιστευκοτες και ἐβιαζοντο τους Ιουδαιους μεταλαμβανειν, ὡν ουκ ἐβουλοντο· διδασκει τοινυν, ὡς ὁ μεν πιστευων ουδεμιαν ἐκ της μεταληψεως δεχεται βλαβην· ὁ δε μετα τινος διακρισεως ἐσθιων, ὡς ἀκαθαρτου μεταλαμβανει· διο μακαριζει τον μη κρινοντα ἑαυτον, τουτεστι μη διακρινομενον.

1 Cor. 2, 6. ἀρχοντες του αἰωνος τουτου ex interpretatione Theod. sunt σοφισται και ποιηται και φιλοσοφοι και ῥητορες ὡς ἐκ της εὐγλωττιας κατα τον παροντα βιον την περιφανειαν ἐχοντες.

1 Cor. 7, 12. P. h. l. praecipit, ne coniuges propter religionis diversitatem sese invicem deserant. Theod. mentem apostoli hancce esse existimat: οὐκ ἀπιστον γυναικα νομοθετει λαμβανειν οὐδε ἀπιστῳ ἀνδρι πιστην γυναικα κελευει συναπτεσθαι. παν γαρ τουναντιον διαγορευει. μετα βραχεα γαρ (infr. v. 39.) ταις χηραις νομοθετων ἐπηγαγε „μονον ἐν Κυριῳ" τουτεστι· πιστῳ, ἐυσεβει, σωφρονως και κοσμιως. ἐνταυθα δε περι των προ του κηρυγματος συναφθεντων ἐφη. συνεβαινε γαρ τον μεν ἀνδρα πιστευσαι, την δε γυναικα τῃ ἀπιστιᾳ προσμειναι, και αὖ παλιν, την μεν γυναικα το κηρυγμα δεξασθαι, τον δε ἀνδρα της ἀπιστιας περικεισθαι την λυμην· και παρεγγυα τοις ὑγιαινουσι, φερειν την των ὁμοζυγων ἀσθενειαν, και την τουτων πραγματευεσθαι σωτηριαν. τουτο γαρ λεγει· „ἡγιασται γαρ ἀνδρι" τουτεστι· ἐχει την της σωτηριας ἐλπιδα. εἰ δε και, αὐτος ἡ αὐτη ἐπιμενοι τῃ νοσῳ της ἀπιστιας, ὡς ἐκεινου σπερμα

μεθεξει της σωτηριας. — ὑπερβολικωτερον δε ταυτα τεθεικε, πειθων μη καταλιπειν την συναφειαν.

1 Cor. 7, 21. Plerique nostr. interpretum verbis *μαλλον χρησαι* addendum esse censent voc. *ἐλευθεριας*, et sensum huius loci sic constituunt: quamquam si potes libertatem tibi vindicare, eo potius utaris (scilic. libertate oblata). At enim vero illud *και* in verbis *ἀλλ' εἰ και δυνασαι*, si quid video, prorsus neglexisse videntur. Theodoret. huic prorsus contrariam exhibet huius loci interpretationem, quae vocabulis *ἀλλ' εἰ και* quam maxime accommodata est, scilicet hanc: *οὐκ οἰδεν ἡ χαρις* (doctrina christiana) *δουλειας και δεσποτειας διαφοραν· μη τοινυν φυγης ὡς ἀναξιαν της πιστεως την δουλειαν· ἀλλα καν τυχειν της ἐλευθεριας ᾐ δυνατον, ἐπιμεινον δουλευων και προσμεινον την ἀντιδοσιν· ταυτην δε ὑπερβολην οὐχ ἁπλως τεθεικεν, ἀλλα πειθων, μη φυγειν την δουλειαν προφασει θεοσεβειας.*

ibid. 8, 5. vocc. *εἰτε ἐν οὐρανῳ εἰτε ἐπι της γης* e more Graecorum dicta esse censet: *κατα την Ἑλληνων μυθολογιαν λεγει. τους μεν γαρ οὐρανιους ἐκαλουν θεους, οἱον τον Δια και τον Απολλωνα και την Ἡραν και την Ἀθηναν. τους δε ἐπιγειους, ὡς τας πηγας και τους ποταμους και τας καλουμενας νυμφας και ἑτερους μυριους.*

ibid. 9, 20. Theod. ad h. l. bene: *Ιουδαιους, οἰμαι, τους μηδεπω πεπιστευκοτας καλεῖ*

ἀπο νομου δε τους το μεν εὐαγγελιον δεξαμενους, ἐτι δε τῃ του νομου φυλακῃ προσεδεδεμενους. και δια τουτους γαρ τοι και ἐκεινους και της νομικης καθαρσεως ἐν Ἱεροσολυμοις ἠνεσχετο και ἐν τῃ Λυκαονια τον Τιμοθεον περιετεμε. — v. 21. ἀνομους esse dicit Theod. τους ἐξω πολιτευομενους του νομου. His vero omnibus addit, quae, qualis sit Theod. interpres, luculenter declarant, scilicet haec: ἐστι δε αὐτου (Παυλου) παντοδαπας οἰκονομιας ἰδειν, οὐ μονον ἐν τοις αὐτου γραμμασιν ἀλλα και ἐν ταις πραξεσι των ἀποστολων. ἀλλως γαρ ἐν ταις Ἰουδαιων συναγωγαις διελεγετο, και ἀλλως ἐπι του Ἀρειου παγου την διδασκαλιαν προςηνεγκεν, ἑκαστῳ παθει προσφερων καταλληλα φαρμακα.

1 Cor. 14, 2. De hoc loco satis nobili atque vexato, in quo illustrando, quid humeri valerent, interpretes varie experti sunt, Theod. in universum haec pauca dicit: ἀμφοτερα κατα ταὐτον ποιει. και της ἐκεινων φιλοτιμιας κατηγορει, και τ. χαρισματος διδασκει την χρειαν· ἐδοθη γαρ τουτο τοις κηρυξι δια τας διαφορας των ἀνθρωπων φωνας, ἱνα προς Ινδους ἀφικνουμενοι τῃ ἐκεινων χρωμενοι γλωττῃ το θειον προςφερωσι κηρυγμα, και Περσαις και Σκυθαις ταῖς ἑκαστων κεχρημενοι φωναις την εὐαγγελικην διδασκαλιαν κηρυττωσι· περιττον τοινυν ἠν τοις ἐν Κορινθῳ διαλεγομενοις τῃ Σκυθων ἢ Περσων ἢ Αἰγυπτιων κεχρησθαι φωνῃ, ἐπαΐειν ἐκεινων οὐ δυναμενων. οὑ δη χαριν και ὁ θειος ἀποστολ. ἐφη· τον γλωτταις λαλουντα και μη ἀνθρωποις λαλειν ἀλλα θεῳ. Quod reliquum est, negari non potest, eum in h. l. explicando

magna cum simplicitate atque satis idonea sollertia versatum esse.

2 Cor. 12, 2 sq. eum, de quo h. l. sermo sit, Paulum ipsum esse censet, atque dicit, eum illam visionem alii tribuisse, *και ταυτην* (*οπτασιαν*) *ἑτερῳ περιτεθεικε προσωπῳ*. De verbis autem „*ἑως τριτου οὐρανου*“ haec habet: *το δε ἑως τρ. οὐραν. τινες ἐφασαν του ἀπο της γης εἰς οὐρανον διαστηματος τα τριτον αὐτον εἰρηκεναι, τοσουτον μεν ἀπαχθεντα και των ἀῤῥητων ῥηματων ἀκηκοοτα. τινες δε φασι, τα ῥηματα πραγματα εἰναι· ἑωρακεναι γαρ αὐτον του παραδεισου το καλλος κ. τ. λ. ἀλλα και τουτων την ἀκριβειαν αὐτος οἰδεν ὁ ταυτα τεθεαμενος.*

Gal. 2, 17. Multum disputatum est ab interpp. de huius loci sententia. Theod. sic statuit: *εἰ δε, ὁτι τον νομον καταλιποντες τῳ Χριστῳ προσεληλυθαμεν, δια της ἐπ' αὐτον πιστεως της δικαιοσυνης ἀπολαυσασθαι προςδοκησαντες, προβασις τουτο νενομισται, εἰς αὐτον ἡ αἰτια χωρησει τον Δεσποτην Χριστον. αὐτος γαρ ἡμιν την καινην ὑπεδειξε διαθηκην.* Ex his igitur patet, Theod. voc. *ἁμαρτιας* explicuisse de illorum agendi ratione, qui lege Mos. relicta, doctrinae chr. totos se dederant. Quam quidem agendi rationem, quum Iudaei et falsi illi doctores nimiam legi mos. auctoritatem etiamnum tribuentes, *ἁμαρτιαν* esse iudicassent, Paulus eos refutat eo, quod, si vera sit eorum sententia, Christum ipsum in peccati communionem venire ostendit, quod quidem, si quid

aliud, temere dictum esse non solum affirmat, verum etiam reprehensionem illam sic reddit, ut in doctores chr., qui, quum antea legem mosaicam abrogatam esse declarassent, eam tamen a Christianis observandam esse iudicarent, illam ἁμαρτιαν cadere demonstret. Hoc dicit Theod. ἀγαν δε σοφως την κατηγοριαν ἀπεστρεψεν. ἐκεινων γαρ παραβασιν καλουντων το μη φυλαττειν τον νομον, αὐτος παραβασιν κεκληκε του νομου την φυλακην.

Gal. 4, 17. Sensum huius loci, qui varie, pro varia illa ratione, qua voc. ζηλουσι interpretati sunt, expositus est, sic illustrat Theod. ὁρωντες δε, φησιν Παυλ., ὑμας τῃ πιστει λαμποντας ἀνιωνται και παντα πραγματευονται, ὡστε ὑμας ἐκεινων μεν στερησαι των ἀγαθων, ὑπο δε την αὐτων καταστησαι ἐξουσιαν. τουτο γαρ ἐφη „ἱνα αὐτους ζηλουτε.“

Philip. 3, 20. πολιτευμα ἡμων ἐν τῳ οὐρανῳ. Fuerunt et sunt, qui voc. πολιτευματος de *patria* dictum esse censeant; alii vero *vivendi rationem* significare putant. Huic posteriori explicationi conveniunt Theod. verba: ἐκεινοι μεν οὐν τῃ γῃ προστετηκασιν, ἡμεις δε τον οὐρανον φανταζομεθα. Simili ratione Syrus vertit: הו בשמיא פולחנן דין דילן. —

Col. 2, 18. Interpretum de h. l. sententiae in duas potissimum abeunt partes. Scilicet voc. θρησκειας vel de cultu, qualem angeli exhibeant deo, vel de eo, quem homines angelis

praestent, dictum esse putant. Iam vero quum utraque interpretatio linguae graecae legibus conveniat, quaeritur, utra sit nexui orationis accommodatior. Theod. illam, quam posteriori loco posuimus, secutus est eamque argumentis ex historia petitis confirmavit. Scilic. dicit: istos, qui legem mos. defendissent, falsos doctores, ut angelis religiosum cultum praestarent, Christianis persuadere studuisse, hoc argumento usos, quod angelorum ministerio lex mos. data esset. *οἱ τῳ νομῳ συνηγοροῦντες και τους ἀγγέλους σεβειν αὐτοις εἰςηγουντο, δια τούτων, λεγοντες, δεδοσθαι τον νομον.* Quod quidem, ne temere dictum videatur, addit: *ἐμεινε δε τουτο παθος ἐν τῃ Φρυγιᾳ και Πισιδιᾳ μεχρι πολλου. οὗ δε χαριν και συνελθουσα συνοδος ἐν Λαοδικειᾳ της Φρυγιας νομῳ κεκωλυκε το τοις ἀγγελοις προσευχεσθαι. Και μεχρι του νῦν εὐκτηρια του ἁγιου Μιχαηλ παρ᾽ ἐκεινοις και τοις ὁμοροις ἐκεινων ἐστι ἰδειν.* Causam vero, cur ad hunc angelorum cultum Christianos perducere studuerint falsi illi doctores, hancce dicit: *τουτο τοινυν συνεβουλευον ἐκεινοι γινεσθαι, ταπεινοφροσυνῃ δῆθεν κεχρημενοι και λεγοντες, ὡς ἀορατος ὁ των ὁλων θεος, ἀνεφικτος τε και ἀκαταληπτος, και προσηκεν δια των ἀγγελων την θειαν εὐμενειαν πραγματευεσθαι. τουτο λεγει· ἐν ταπεινοφροσυνῃ και θρησκειᾳ των ἀγγελων.* Eadem ratione Syrus quoque habet דתשתעבדון לפולחנא דמלאכא. Cui quidem modestiae quum repugnare viderentur, quae P. scripsit: *φυσιουμ. ὑπο του νοος* etc.

Theod. addit: το τε γε φυσιουμενος ἐναντιον οὐκ ἐστι τῃ ταπεινοφροσυνῃ, την μεν γαρ ἐσχηπτοντο, του δε τυφου το παθος ἀκριβως περιεκειντο. Vocc. autem ὑπο του νοος της σαρκος αὐτου idem valere dicit, quod: λογισμοις οἰκειοις χρωμενος. Quod attinet ad voc. θελων, quod quorsum referrent, haesitarunt interpretes, Theod. non cum praecedentibus sed cum sequenti voc. ταπεινοφροσυνης coniungit.

1 Tim. 3, 2. μιας γυναικος ἀνδρα. Multum de horum vocc. sensu disputatum est ab interpp. *Grotius* aliique de *successiva* quam dicunt polygamia, alii ut *Heinrichs.* ad h. l. de *simultanea* illa dicta esse existimant. Theodoreti sententia haec est: παλαι εἰωθεισαν καὶ Ἑλληνες και Ιουδαιοι και δυο και τρισι και πλειοσι γυναιξι νομῳ γαμου κατα ταὐτον συνοικειν. τινες δε και νυν, καιτοι των βασιλικων νομων δυο κατα ταὐτον ἀγεσθαι κωλυοντων γυναικας, και παλλακισι μιγνυνται και ἑταιραις. ἐφασαν τοινυν, τον ἀποστολον εἰρηκεναι, τον μιᾳ μονῃ γυναικι συνοικουντα σωφρονως της ἐπισκοπης ἀξιον εἰναι χειροτονιας. οὐ γαρ τον δευτερον ἐξεβαλε γαμον, ὁγε πολλακις τουτο γενεσθαι κελευσας (provocat ad 1 Cor. 7, 39). Huic aliorum de hoc loco interpretum sententiae addit haec: τῳ ὀντι γαρ ὑπερκειμενης της ἐγκρατειας, οὐ της γνωμης ἡ διγαμια. εἰ μεν γαρ αὐτος την προτεραν ἐκβαλων, ἑτερᾳ συνεζυγη, μεμψεως ἀξιος και κατηγοριας ὑπευθυνος. εἰ δε το βιαιον του θανατου διεζευξε την προτεραν, ἡ δε φυσις ἐπικειμενη δευ-

τερα ζευχθηναι κατηναγκασε γυναικι, ουκ εκ γνωμης, ἀλλ' ἐκ περιστασεως ὁ δευτερος γεγενηται γαμος. ταυτα και τοιαυτα σκοπουμενος ἀποδεχομαι των οὑτω νενοηκοτων την ἑρμηνειαν. Itaque Theod. argumentis tum ex historia, tum ex ipsis Pauli scriptis, tum e ratione humana petitis usus, Paulum polygamiam, quam *simultaneam* appellant, vetuisse existimat.

§. 6.

Quomodo Theodoretus in locis dogmaticis exponendis versatus sit.

Sed perventum nunc est ad id, quod quarto loco posueram; scilicet de ratione, qua in explicandis locis dogmaticis refutandisque adversariis versatus sit Th., accuratius dicendum est. Religionis christ. decreta, utpote quae a variis doctoribus varia ratione vel mutata vel depravata essent, in conciliis Nicaeae ao. 325 et Constantinopoli ao. 381 habitis accurate satis constituta atque firmata erant. Unde factum est, ut ardor in iis, quos haereticos appellare consueverant, refutandis elanguescere coepisset, et qui librorum sacrorum interpretationi operam darent, vinculis quasi dogmaticis capti tenerentur, magisque in confirmandis atque secundum auctoritatem conciliorum demonstrandis, quam in examinandis atque e legibus interpretationis historico-grammaticae explicandis decretis versarentur. Hoc

idem reperitur in Theodoreti quoque commentariis. Quae in iis leguntur locorum dogmaticorum interpretationes, plerumque ita sunt comparatae, ut decreta in conciliis iam sancita accuratius exponant atque illustrent. Ab haereticis *cupide* refutandis abstinet Theod. Decreta autem, quae accuratius persequitur atque defendit, pertinent *vel* ad divinam Christi naturam eiusque cum patre aequalitátem (contra Arianos, Eunomianos, Docetas), *vel* ad trinitatem (ut loqui solent) contra Novitianos et Sabellianos. In ea autem re Theodoretus interdum nimia usus est subtilitate, et sunt passim loca a vanis argutiis minime aliena. Quid quod ipsius interpretationis historico-grammaticae leges saepius neglexit, et allegoricam interpretandi rationem secutus a vero scriptoris sensu aberravit. In V. T. libris nil nisi vaticinia ad Chr. spectantia invenisse sibi visus est. Atque loca illa, in quibus interpretandis Theod. dogmatici cuiusdem ardoris impetu ad errores deductus est, lectorem non possunt non aliquo doloris sensu afficere; quippe hic etiam vir ingenio atque doctrina insignis triste exhibet exemplum, quantum opiniones temere conceptae sanae librorum sacrorum interpretationi noceant. Nonnulla tantum exempla apponere placet.

Rom. 6, 4. dicit P., Christum in vitam esse revocatum δια της δοξας του πατρος Theod. haec habet. δοξαν δε του πατρος την θεοτητα

καλει του Χριστου, et provocat ad Ephes. 1, 17; quo iure, non video.

1 Cor. 11, 3. quum e verbis *κεφαλη δε Χριστου ὁ θεος* Ariani sequi contendissent, Christum esse *το κτισμα και ποιημα του θεου*, Theod. eos refellere conatur, eo, quod dicit, ex illa sententia colligi posse hoc: mulierem quoque *το κτισμα και ποιημα του ἀνδρος* appellandam esse, quum maritus etiam *της γυναικος κεφαλη* dicatur. Iam pergit, dogmaticis usus argutiis, demonstrare, quemadmodum, ubi Chr. dicatur *ἡ των πεπιστευκοτων κεφαλη*, humana eius natura significetur, ita quoque, ubi P. *Deum την του Χριστου κεφαλην* appellet, apparere, Christum eiusdem esse cum deo naturae. *ὡσπερ ἡμων, ἀνθρωπειαν φυσιν ἐχοντων πιστευοντων δε εἰς αὐτον κατα την ἀνθρωποτητα, κεφαλη χρηματιζει, οὑτως αὐτου κεφαλη χρηματιζων ὁ πατηρ το ὁμοουσιον δεικνυσι. και ἐστι ὁ αὐτος κατα μεν την θεοτητα τῳ πατρι ὁμοουσιος.*

Ephes. 5, 1. 2. In hoc loco, quum P. Christianos ad mutuum amorem adhortetur tum ad eum, quem Deus per Christum nobis exhibuerit amorem, tum ad ipsum Christi exemplum provocans, qui amore erga nos ductus morti sese tradiderit: Theod. argumentum inesse dicit pro Christi cum Deo aequalitate, propterea quidem, quod P. utriusque simul amoris exemplum imitandum proposuerit. —

Qui plura desiderabit exempla, vid. Rom. 8, 11. 11, 36. 1 Cor. 14, 25. 2 Cor. 3, 17. Col. 1, 15. et alia.

§. 7.

Quomodo loca e libris sacris excitaverit.

Restat, ut quomodo in appellandis e V. et N. T. locis versatus, quaque ratione commentarii eius in re critica adhibendi sint, paucis exponamus. Et in universum quidem si rem existimare volumus, Theodoretus loca allata vel eadem, qua in libris leguntur, ratione, ut singula sibi verba respondeant, vel paululum immutata interponit. Haec autem, quae posteriori loco dixi, qualia sint, accuratius demonstranda et ad genera sua revocanda sunt. Scilicet loca allata ita mutavit Theod. ut aliquot vocabula vel *adderet*, vel *omitteret*, vel denique *inverteret*. Hoc autem posterius e triplici genere est. Etenim *vel* alio, quam quo in libris leguntur, ordine vocabula posuit, *vel* vocabula idem valentia usurpavit, *vel* denique alias verborum formas posuit. Neque desunt loca, in quibus, singula vocabula minus curans, sensum tantummodo reddidit. Iam vero, si quaeritur, unde haec locorum allatorum mutatio profecta sit, duplex fingi potest causa. Etenim Theod. vel *consulto* vel *inscius* mutavit. Atque illud quidem saepius factum esse existimo. Quum enim in appellandis locis consilio ad rem criticam spectante non duceretur, facile fieri potuit, ut ea *suae* orationis nexui atque structurae magis accommodaret,

ideoque vel singulorum vocabulorum ordinem paululum immutaret, vel adderet, quibus illa dilucidiora reddi aut maiorem probandi vim accipere posse viderentur, vel omitteret, quae ad rem, de qua ageret, non pertinerent, vel denique pro vocabulis paulo obscurioribus alia poneret idem valentia sed magis perspicua. Haec si recte disputata sunt, sponte apparet, admodum difficile esse iudicium, quaenam loca e *memoria* appellata censenda sint. Sine idoneis certe rationibus statuere videntur, qui, ubi e scriptore sacro ita appellata sunt, ut immutata legantur, statim *memoriter* ea allata esse existiment. Itaque putaverim, ea tantummodo loca, quorum sensum reddidit Theod. vel in quibus sententia aliqua communis continetur, memoriter esse allata. Ceterum Theodoretum quae e V. T. sumsit, ea non ex oratione hebraica sed e Vers. interpp. LXX. appellasse, patet e pluribus locis, ubi ad usum loquendi, qui est in V. T., ita provocat, ut verba Versionis LXX. adhibeat: quemadmodum Ephes. 1, 5. Hic dicit: voc. εὐδοκίας in libris sacris de benefaciendi voluntate dici solere et appellat Ps. 146, 11. ubi verbum εὐδοκεῖν positum est pro hebr. רצה. Eius autem generis plura reperiuntur.

Ut autem, quae supra in universum diximus de ratione, qua loca S. S. appellare soleat, luculentius appareant, liceat nunc pauca promiscue adiicere exempla.

a) Loca, quae ad singula verba cum oratione LXX. conveniunt, reperiuntur Rom. 11, 8. cf. Ies. 6, 10. — 1 Cor. 9, 10. cf. Ps. 146, 8. 1 Cor. 10, 22. cf. Deut. 32, 21. 1 Cor. 14, 33. cf. Ioël 2, 28. sive 3, 1. 1 Cor. 14, 34. cf. Gen. 3, 16. 1 Cor. 15, 3. cf. Ies. 53, 5. 2 Cor. 1, 4. cf. Ps. 93, 19. et alia.

b) Addidit singula vocabula, quae illustrarent orationem graecam N. T. 1 Cor. 8, 12. cf. Math. 18, 10. Math. habet: *ὁρατε, μη καταφρονησητε ἑνος των μικρων τουτων·* Theod. his addidit *τῶν ἐλαχιστων* et e v. 6: verba *των πιστευοντων εἰς ἐμε.* Scilicet saepius factum est, ut e pluribus locis repeteret et in unum contraheret verba. — Ad Rom. 1, 4. appellat Luc. 24, 49. ita tamen, ut pro *καθισατε ἐν τη πολει Ἱερουσαλεμ* poneret *μεινατε αὐτου* et pro *ἑως οὑ, ἑως ἀν* vocabulisque *ἐξ ὑψους* adderet *ἐπελθοντος του ἁγιου πνευματος,* quae, ut quid sibi velit illud *ἐξ ὑψους,* declararent, posita esse sponte apparet.

c) Omisit, quae ad rem, de qua agebat, non pertinere viderentur. Ad 2 Thess. 2, 4. affert Dan. 11, 37. 38. Verba LXX. haec sunt: *και ἐπι παντας θεους πατερων αὐτου οὐ συνησει και ἐπιθυμια γυναικων και ἐπι πᾶν θεον οὐ συνησει, ὁτι ἐπι παντας μεγαλυνθησεται· και θεον Μωαζειμ ἐπι τοπον αὐτου δοξασει.* Theod. ex his haec tantum repetit: *ἐπι θεοὺς των πατερων αὐτου οὐ συνησει και θεον Μωαζειμ ἐπι τοπῳ ἑαυτου δοξασει.*

d) Immutat verborum ordinem. Ad 1 Thess. 5, 3. affert Luc. 17, 26. 27. sic: *ὡςπερ ἐν ταις ἡμεραις του Νωε ἠσθιον, ἐπινον, ἐγαμουν, ἐξεγαμιζοντο, ἑως ἠλθεν ὁ κατακλυσμος και ἀπωλεσεν ἁπαντας· οὑτως ἐσται ἡ παρουσια του υἱου του ἀν-*

θρωπου. Lucae verba haec sunt: και καθως εγενετο εν τ. ημερ. του Νωε, ουτ. εσται ε. τ. ημ. τ. υ. τ. α. ησθ. επιν. εγαμ. εξεγ. αχρι ης ημερας εισηλθε Νωε εις την κιβωτον και ηλθεν ὁ κατακλ. και απωλ. απαντας.

e) Verba idem valentia eaque magis perspicua posuit. Ad Rom. 1, 17. affert Ies. 42, 6. LXX. hebr. וְאֶתֶּנְךָ reddiderunt per ἔδωκα σε. Theod. qui in reliquis ad singula verba cum oratione LXX. consentit, pro εδωκα σε posuit τεθεικα σε, quod graecae linguae magis accommodatum erat. — Ad Rom. 15, 31. affert Act. 21, 13. τι ποιειτε κλαιοντες και συνθρυπτοντες μου την καρδιαν ετοιμος εγω et quae reliqua sunt. Theod. τι κλαιετε και συνθρυπτετε μου την καρδιαν· ετοιμος ειμι.

f) Verborum formas mutat. — In praef. ad epist. Paul. ita affert 2 Cor. 7, 7. ut cum reliquis Pauli verbis consentiat, pro παρεκληθη autem habeat παρακεκληται· ibid. appellat Rom. 15, 26. ubi pro ευδοκησαν posuit ευδοκησε. — Ad 1 Cor. 7, 11. adhibet Math. 5, 32. qui sic se habet: ὁτι ὁς αν απολυση την γυναικα αυτου παρεκτος λογου πορνειας, ποιει αυτην μοιχασθαι. Theod. πας ὁ απολυων την γυναικα αυτου παρεκτ. λογ. πορν. ποιει αυτην μοιχευθηναι.

g) Sensum reddit. Ad Col. 2, 14. affert Exod. 24, 3. et pro: παντας τους λογους, ους ελαλησε κυριος, ποιησομεν· habet: παντα, ὁσα ειπε κυριος ὁ θεος, ποιησομεν.

Ex his autem, quae dedimus, exemplis, sponte apparet, Theodoretum, quemadmodum patres ecclesiasticos fere omnes, ubi loca e libris sacris interposuit, summa cum cautione in re critica esse adhibendum, ne ullam lectionis varietatem veram esse putemus, nisi e Codd. pa-

teat, eam convenire cum iis, quae in libris antiquis leguntur. Maioris momenti illae variae lectiones iudicandae sunt, quae in ipsa epistolarum Paul. oratione graeca, quam posuit Theod., reperiuntur. Quae autem quum fere omnes a *Griesbachio* enumeratae sint, unam tantum appellare placet.

Scilicet Hebr. 12, 3. pro εἰς αυτον legit Theod. εἰς αυτους quod positum esse dicit pro εἰς ἑαυτους et refert ad praecedens voc. λογισασθε, ut sensus nascatur hicce: λογισασθε παρ' ὑμιν αὐτοις, ποσην παρα ἁμαρτωλων ἀντιλογιαν ὑπεμεινεν. Hanc lectionem, cui aliquid commendationis ex ipsa lingua graeca accedit, quum ὑπομενειν εἰς αὐτον non facile dicatur, Syrus quoque secutus est. Is enim hunc locum non transtulit quidem, sed, ut in iis, quae difficilius scripta erant, quaeque non statim intelligebat, facere solitus est, singulari prorsus ratione interpretatus est. Attamen vero ex eius verbis apparet, eum non εἰς αυτον, sed εἰς αυτους legisse. Scilicet pro τοιαυτην habet כמא, sensu neutrius, *quantum* et transtulit sic: reputate vobiscum ipsis, *quantum* perpessus sit a peccatoribus. Verba autem εἰς αυτον ἀντιλογιαν sic circum loquitur: הנון דהנון הוו סקובלא לנפשהון qui *sibimet ipsis* adversarii erant. Si quis offendatur eo, quod vocc. εἰς αὐτους nimis remota leguntur a verbo ἀναλογισασθε, cogitet, eiusmodi construendi rationem Paulo admodum frequentem esse. cf. infra 12, 11. ubi voc. δικαιοσυνης longissime abest a vocc. καρπ. εἰρην. ad quae pertinet.

ERRATA.

pag. 6. l. 9. lege: capiat. — pag. 8. l. 1. temporis doctoribus. — p. 8. l. 3. quem. — p. 12. l. 3. ὑστερον. — p. 20. l. 17. adde post *haec*: disputatio. — p. 25. l. 1. ἐπαινουμ. — p. 27. l. 23. vexavit.